


Spinaz Smarha
Salma Vincentius
de Warsza.

Iosephus
de
Iarolzki Dauda
A: D: 1788

A. D.

empta regressis
a IV. 3.

CLASSIS SECUNDA GRAM-MATICÆ.

Seu

Planior octo Partium Orationis, earumque Attributorum Enucleatio.

Usui Juventutis Studiosæ Superioris Silesiæ edita.

MDCCLXXXV.

Præfatio.

Nihil novi ſub ſole. Antiquam Grammaticam, quam Venerabilis Alvarus, & alii Grammatici ante ſæcula, publicæ utilitati ediderunt, ego vobis ſuperioris Sileſiæ Juvenes, germani idiomatis prorius ignari, diverſa aliquantulum methodo, utilitati veſtræ accommodata, præſento. Procedo juxta ordinem partium Orationis, ea tamen, quæ in Principiis prælibata ſunt, omittendo, & hæc tantum, quæ ad præſentem Claſſem faciunt, attingendo. Multa regulis appono exempla, partim ut in defectu mediorum ad procuranda Lexica Opuſculum hoc Vocabularii Latino-germanici, vices agat; partim, ut pro norma, germanica vocabula orthographice ſcribendi, ſerviat.

SEC-



SECTIO I.

De Prima Parte Orationis, seu DE NOMINE.

Attributa Nominum sunt ſeptem: Numerus, Genus, Declinatio, Caſus, Comparatio, Figura, Species.

§. I.

De Primo Attributo, seu DE NUMERO.

Numeri ſunt duo: Numerus Singularis, & Numerus Pluralis.

Pleraque Nomina utroque gaudent Numero; ſunt tamen, quæ vel Singulari, vel plurali privantur, & vocantur Anomala.

Plurali privantur:

I. Nomina propria.
- Hominum, ut Antonius, Antonii. Barbara, æ.
- Regionum, ut Calabria, æ. Dania, æ.
- Fluviorum, ut Egra æ, Egerfluß. Fabaris, is, ein Fluß in der Landſchaft Sabina.
- Urbium, ut Glogovia æ, Glogau. Hala, æ, Hall.

Subinde nomen proprium, uni attributum, per ſimilitudinem pluribus plurali expreſſione confertur, ut: *In collatione beneficiorum paucos Julios, in gratitudine plurimos invenies Brutos.*

II. Nomina ætatum, ut Infantia, æ, Kindheit. Pueritia, æ, Knabenalter. Adoleſcentia, æ, Alter von 12, bis 21. Jahr. Juventus, tutis, Jugend. Senectus, tis; Senecta, æ; Senium, ii, das hohe Alter.

III. Nomina Metallorum, ut Aurum, i, Gold. Argentum, i, Silber. Stannum, i, Zinn. Plumbum, i, Bley. Electrum, i, Agtſtein, Bernſtein. Ferrum, i, Eiſen

sen. Æs, æris, Erz. Chalybs, bis, Staal.

IV. Nomina Mineralium, ut Minium, Bergroth, Minien. Stibium, stibii; Antimonium, antimonii, Spißglas. Sulphur, ris, Schwefel. Sal, Salis, Salz &c.

V. Nomina quædam liquidorum, Flüssender Sachen, ut Cerevisia, æ, Bier. Vappa, æ, verdorbener Wein. Cera, æ, in propria significatione, Wachs. Lora, ræ, sauer Wein, Tischbier. Oleum, ei, Oehl. Butyrum, i, Butter. Mulsum, i, Meth. Gluten, inis, Leim. Lac, lactis, Milch. Mel, mellis, Honig. Nectar, is, Himmeltrank. Pix, icis, Pech &c. præter *Vinum*, quod integrum est.

Vina bibant homines, animalia cætera fontes.

VI. Nomina

Frumentorum, ut Siligo, Korn. Hordeum, Gerste. Avena, Haaber. Milium, Hirs. Panicum, Heidenkorn.

Leguminum quorundam, ut Vicia, æ, Wicken. Cicer, is, Kücher &c.

Aromatum, ut Crocus, vel Crocum, i, Saffran. Sacharum, i, Zucker. Cinnamomum, i, Zim-

Zimmet-Rinde. Piper, is, Pfeffer. &c.
Herbarum, ut Ruta, æ, Raute. Salvia, æ, Salbey. Hyssopus, i, Isop.

VII. Nomina

Virtutum, ut Obedientia æ, Gehorsam. Prudentia, æ, Klugheit. Sobrietas, tis, Nüchternheit.
Vitiorum, ut Temulentia, Trunkenheit. Voracitas, Gefräßigkeit. Avaritia, der Geiz.

Singulari carent.

I. Nomina Ludorum, & Festorum, ut, Olympia, orum, Spielfest bey den Griechen, so jemals alle Vierteljahre begangen wurde, zur Ehre Jovis. Bacchanalia, orum, vel ium, Fest Bacchi; Fastnacht. Pythia, orum, Fest, und Spiel zur Ehre Apollinis. Quinquatria, orum, Fest zur Ehre Minervæ. Encænia, orum, Kirchweyh. Natalitia, orum, Geburtstag. Comitia, orum, pro ipso conventu, Reichstag.

II. Tituli quorundam Librorum, ut, Biblia, orum, Bibel. Bucolica, Bucolicorum

colicorum, Virgilii Hirtengedicht. Georgica, orum, ein Buch Virgilii vom Ackerbau. Chronica, orum, Geschichtsbuch.

III. Numeralia Cardinalia, ut, Duo, Zwey; Tres, drey; quatuor, vier. Et distributiva, ut, Singuli, jeder vor sich; Bini, zwey, und zwey; Terni, drey und drey; Deni, zehnfach; Centeni, hundertweis; Milleni, tausendweis.

Inter Cardinalia, & distributiva hoc interest: ut si dicam: *Dedit nobis tres Florenos*, idem significet, ac *Nobis omnibus simul dedit tres florenos*. Si verò dicam: *Dedit nobis ternos florenos*, idem sit, acsi dicerem: *Dedit cuique nostrum tres florenos*.

Dictum est de Anomalis Numeri in genere; sequuntur defectiva in specie juxta seriem Declinationum.

Singularia I. Declinationis.

Adorea, æ, Ehre im Kriege.
Arena, æ, Sand.
Cholera, æ, Gallsucht.
Culpa, æ, Schuld, Verbrechen.
Fama, æ, Gerücht; Ruf.

Fuga, æ, Flucht.
Gaza, æ, Reichthum.
Multa, æ, vel mulcta, æ, Geldstrafe.
Pituita, æ, Rotz.
Prosapia, æ, Stamm, Geschlecht.
Ptisana, æ, Gerstenwasser.

Singularia II. Declinationis.

Aevum, i, lange Zeit.
Album, i, Namens-Register.
Alvus, i, Bauch.
Abyssus, i, } Abgrund.
Barathrum, i, }
Cestus, i, Leibgürtel.
Cœnum, i, Koth.
Crepusculum, i, Abenddämmerung.
Diluculum, i, Morgendämmerung.
Fascinum, i, Zauberey.
Fimus, i, Mist.
Humus, i, Erdboden.
Justitium, ii, Gerichts Feyertäge.
Lethum, i, Tod.
Limus, i, Lett, Leim.
Lutum, i, Koth.
Marcellum, i, Schlachtbank.
Muscus, i, Moos.
Nihilum, i, Nichts.
Pedum, i, Hirten- oder Bischoffsstab.
Salum, i, Meer.
Solium, ii, Thron.

So-

Solum, i, Boden, Erdreich.
Viscus, vel viscum, i, Vogelleim.
Vulgus, i, gemeines Volk, Pöbel.

Singularia III. Declinationis.

Aër, eris, Luft.
Æther, ris, Himmel.
Bilis, is, Gall.
Contagio, onis, Seuche.
Ebor, vel Ebur, oris, Elffenbein.
Fames, is, Hunger.
Fel, Fellis, Gall.
Hepar, tis, Leber.
Indoles, is, natürliche Art.
Jubar, ris, Glanz.
Labes, is, Mackel.
Lues, is, Seuche.
Lux, cis, Licht.
Mors, tis, Tod.
Nemo, inis, Niemand.
Paupertas, tis, Armuth.
Pax, cis, Fried.
Pestis, is, Pestilenz.
Plebs, bis, Volk.
Pubes, bis, junges Volk.
Pudor, ris, Scham.
Pus, uris, Eyter.
Quies, tis, Ruhe.
Ros, ris, Thau.

Salus, tis, Heil.
Sanguis, inis, Blut.
Sitis, is, Durst.
Soboles, is, Kind.
Sol, is, Sonne.
Sopor, ris, Schlaf.
Strues, is, Holzhaufen.
Talio, onis, Wiedergeltung.
Tellus, luris, Erdreich.
Tussis, is, Hust.
Ver, ris, Frühling.
Vesper, ris, Abend.

In quarta Declinatione singulare est

Gelu, Eyß.

Nomina V. Declinationis omnia sunt

Singularia, præter Dies, Species, Facies, Superficies.

Sequuntur Pluralia tantùm, juxta seriem Declinationum.

Nomina carentia Singulari I. Declinationis.

Antiæ, arum, die forderen Haarloken.
Apinæ, unnüze Ding.
Argutiæ, Spitzfindigkeit.

Bi-

Bigæ, Wagen mit 2 Pferden.
Calendæ, der erste Tag des Monats.
Cere, vel Ceremoniæ, Kirchengepränge.
Clitellæ, Saum, Sattel.
Cunæ, Wiege.
Decimæ, Zehender.
Diræ, Verfluchungen.
Divitiæ, Reichtum.
Excubiæ, Schildwach.
Exequiæ, Leichenbestattung.
Exuviæ, Beut an Kleidern.
Facetiæ, Scherzreden.
Feriæ, Feyertag.
Gerræ, Kinderpossen.
Induciæ, Kriegsanstand.
Induviæ, Kleider.
Inferiæ, Seelamt.
Insidiæ, Hinterhalt.
Literæ, Brief.
Manubiæ, Beut, Raub.
Minæ, Drohworte.
Minutiæ, geringe Sachen.
Nonæ, der fünfte, oder sibende Tag nach den Calendis.
Nugæ, unnüze Geschwäz.
Nundinæ, Jahrmarkt.
Nuptiæ, Hochzeit.
Offuciæ, Betrug, Teüscherey.
Phaleræ, Roßzierden.
Præstigiæ, Blendung, Gauklerey.
Primæ, der Vorzug.

Primitiæ, die Erstlinge.
Quadrigæ, Wagen mit 4. Pferden.
Quisquitiæ, Auskericht, schlechte Sachen.
Reliquiæ, das Ueberbliebene. Die Ueberbleibsel.
Repetundæ. Wiederforderung der entzogenen Güter.
Salebræ, rauhe, unebene Wege. Item Unzierlichkeit im Reden, oder Schreiben.
Salinæ, Salzbrunnen.
Scalæ, Stiegen, Leitern.
Scopæ, Besen.
Suppetiæ, Hilf.
Secundæ, Nachgeburt.
Tenebræ, Finsternis.
Thermæ, Warmbrunn.
Tonsæ, Schiffruder.
Tonsillæ, Mandelgeschwür.
Tricæ, Verwirrung.
Trigæ, Wagen mit 3. Pferden.
Valvæ, Laden.
Vindiciæ, gerichtliche Vollmacht.

Item quædam Nomina Urbium:

Athenæ, Athen; Bajæ, Stadt in Campanien; Syracusæ, Stadt in Sicilien; Thebæ, Stadt in Egypten; Venetiæ, Venedig.

Nomina Carentia Singulari II. Declinationis.

Cancelli, Schranken.
Cani, graue Haare.
Codicilli, Schreibtäffelein.
Fasti, Kalender.
Fori, Schiffbrüken, Schaubänke. Item Kirchstühle.
Gemini, Zwillinge.
Inferi, die Untern, oder die in der Hölle sind.
Liberi, Kinder.
Loci, bestimmte Oerter in der Logick, und Rhetorick, daraus man die Argumenta nimt.
Posteri, Nachkömmlinge.
Superi, die Obern, oder die in dem Himel sind.
Soceri, orum, Schwieger-Eltern.

Propria.

Delphi, Stadt in Phocis, in welcher der Abgott Apollo geweissaget hat. Gabii, Stadt in Italien. Parisii, Paris. Philippi, Stadt in Macedonien. Veji, Stadt in Wälschland.

Neutra.

Adversaria, Handbuch, darin man allerley zum Gedächtnis verzeichnet.
Æstiva, Sommerlager.

Arma, Waffen.
Bellaria, Nachtisch, Confekt.
Castra, Feldlager.
Cibaria, allerhand Speiß.
Collectanea, Buch, darinn man allerley samelt.
Comitia, Land, oder Reichstag.
Compita, Kreuzweg.
Crepundia, Dockenwerk.
Cunabula, Wiege.
Extra, Eingeweyd.
Flabra, Wehen, oder Hauchen der Winde.
Hyberna, Winterlager.
Incunabula, Wiege.
Justa, Leichenbegängniß.
Lautia, Geschenk, so man den fremden Bothschafftern verehret.
Magalia, Bauernhauß.
Mapalia, ium, vel orum, Hirtenhäußlein.
Multitia, weiche, zarte Kleider.
Munia, Amt, Pflicht.
Nutritia, Saugerlohn.
Pascua, Weide.
Praebia, die Sachen, die man den Kindern anhängt.
Praecordia, das Netz um das Ingeweyd.
Pudenda, Scham.
Repotia, Nachhochzeit.
Rostra, erhöheter Stuhl, Kanzel.
Scruta, alt Gerümpel von Kleidern, oder Haußgeräth.
Stativa, Lager.

Tes-

Tesqua, Wüste, unbewohnte Oerter.
Verenda, Scham.
Vinacia, Weintrester.

Propria.

Bactra, Provinz in Scythien. Susa, Stadt in Assyrien.

Nomina carentia Singulari III. Declinationis.

Alpes, ium, Schweizer Gebürge.
Ambages, um, Umschweif.
Annales, ium, Jahrbücher.
Antes, ium, Tragsäulen im Gebäude.
Cœlites, um, Himmelsinnwohner.
Crates, um, Hurt, oder Gatter.
Fasces, ium, Gebund, oder obrigkeitliche Gewalt.
Fauces, ium, Rachen, oder Schlund.
Fores, um, Vorhaus, Thür.
Grates, um, Dank.
Lactes, ium, zarte Därme.
Lares, rium, Haußgötter.
Lemures, um, Poltergeister.
Majores, um, Voreltern.
Manes, ium, Seelen der Verstorbenen.
Minores, um, Nachkömmlinge.
Natales, ium, Stamm, Geschlecht.

Opes,

Opes, um, Reichtum.
Partes, ium, Amt; item Parthey.
Penates, ium, Haußgötter.
Primores, um, die Vornehmsten.
Proceres, um, die Häupter großer Herren.
Sales, ium, lustige Scherzreden.
Sordes, ium, Wust, Unflat.
Sortes, sortium, Antwort der Wahrsager.
Vepres, ium, Dorn-Hecken.
Vires, ium, Kräften, Vermögen.

Neutra.

Ilia, ium, Gedärm, Eingeweid. Mœnia, ium, Ringmauer, Schanze. Parentalia, ium, Todtenmahlzeit. Sponsalia, ium, Eheverlobniß. Tempora, um, die Schläfe. Viscera, um, Eingeweid.

Nomina carentia Singulari IV. Declinationis.

Artus, artuum, Gliedmassen; Idus, iduum, die 8 Tage nach den Nonis in einem jeden Monat.

In his Heterogeneis satius est usum consulere; certo enim respectu, & pro re nata, interdum singularia tantùm dicta, etiam in plurali: & e contra Pluralia tantùm dicta, in singulari usurpata inveniuntur.

§.

§. II.

De ſecundo Attributo Nominis, seu de Genere.

Nominum genus partim ex Significatione; partim ex Poſitione, ſeu Terminatione; partim ex aſsidua, & diligenti Authorum Lectione cognoſcitur.

Ex Significatione cognoſcuntur.

I. Quæ maribus ſolum tribuuntur, maſcula ſunto.

Ad hanc regulam pertinent:

1°. Omnia Nomina Propria Virorum, ut Antonius, Bernardus, Carolus; etiam indeclinabilia, ut Adam, Noë, David.

2do. Nomina Virorum Appellativa, ut Vir, viri, Mann; Pater, tris, Vater; Frater, tris, Bruder; Gener, i, Schwieger-Sohn; Socer, soceri, Schwieger-Vater.

3io. Nomina Virilis Officii, ut Papa, æ, Pabſt; Cæſar, is, Kaiſer; Rex, regis, König; Consul, is, Burgermeiſter.

4to. Verbalia in or, ut Victor, is, Ueberwinder; Ultor, is, Rächer; Raptor, is, Räuber; Sculptor, is, Bildhauer.

II. Mascula censentur, specie depicta virili.

Ad hanc Regulam pertinent:

1mo. Nomina Propria Deorum, ut Jupiter; Bel; Apollo, inis; Pluto, nis; Mars, tis; Bacchus, i. &c.

2do. Nomina Propria Angelorum, ut Michaël, is; Gabriel, is; Raphaël, is. &c.

3tio. Nomina Propria Dæmonum, ut Lucifer, i; Asmodaeus, i; Belzebub. &c.

4to. Nomina Propria Ventorum, ut Eurus, i, Ostwind, oder der Wind vom Aufgang der Sonne; Zephyrus, i, Westwind, oder der Wind vom Untergang der Sonne; Auster, tri, Sudwind, oder der Wind vom Mittag; Aquilo, nis, Nordwind, oder der Wind von Mitternacht; Ornithiæ, vel ornitiæ, arum, mitternächtige kalte Winde. Elesiæ, arum, sanftes Lüftlein in den Hundstägen.

III. Et quibus Appoſitum tantùm tribuiſſe virile Credibile eſt veteres.

Huc ſpectant:

1mo. Nomina, quæ quidem utrique Sexui conveniunt; nihilominus apud veteres, & probatos Authores, non nisi cum Adjectivo masculino reperiuntur, ut Homo, inis, Menſch; Fur, is, Dieb; Latro, nis, Mörder; Pugil, is, Fechter; Vigil, is, Wächter; Præsul, is, Prälat; Coctes, itis, Einaugig; Eques, itis, Reiter, oder Ritter.

2do. Verbalia in *a*, ut Accola, æ, Nachbar; Alienigena, æ, Fremdling; Advena, æ, Fremdling; Auriga, æ, Fuhrmann; Collega, æ, Mitglied; Conviva, æ, Gaſt; Homicida, æ, Todſchläger; Indigena, æ, Innländer.

3^tio. Huc etiam ſpectant Nomina Epicœna, quæ ſub Articulo masculino claudunt utrumque Sexum, ut Lepus, poris, ein Haas; Mus, ris, Maus; Turtur, is, Turteltaub &c.

IV. Fœmineum dices, quod fœmina sola reposcit.

Ad hanc Regulam pertinent :

1mo. Nomina propria Mulierum, ut Eva, æ; Sara, æ; Rebecca, æ; Barbara, æ; Magdalena, æ; Cleopatra, æ; Semiramis, idis; Agrippina, æ; Eustochium, ii; &c.

2do. Etiam Appellativa Mulierum, ut Avia, æ, Großmutter; Mater, tris, Mutter; Soror, ris, Schwester; Matertera, æ, Mutterschwester; Amita, æ, Vaters Schwester; Socrus, ûs, Schwiegermutter; Nurus, ûs, Sohns Weib &c.

3io. Nomina muliebris Officii, ut Nutrix, tricis, Säugamme; Obstetrix, tricis, Hebamme; Lotrix, icis, Wäscherin.

V. Jungito Fœmineis muliebri prædita forma.

Huc pertinent :

1mo. Nomina propria Dearum, ut Pallas, adis; Juno, nis; Venus, Veneris; Ceres, Cereris &c.

2.

2do. Nomina Musarum, nempe Calliope, es; Clio, Clius; Erato, tus; Thalia, æ; Euterpe, es; Melpomene, es; Terpsichore, es; Polyhymnia, æ; Urania, æ.
3tio. Nomina Parcarum, Chloto, tus; Lachesis, is; Atropos, i.
4to. Nomina Furiarum, Alecto, us; Tisiphone, es; Maegera, æ.
5to. Nomina Nympharum, Arethusa, æ; Echo, us. &c.

VI. Quæque Adjectivum tantum muliebre requirunt.

Huc spectant:

1mo Nomina, quæ quidem de utroque sexu dici possunt; sed quia nullibi cum Adjectivo masculino inveniuntur, sunt generis Fœminini tantum. Ut Operæ, arum, Taglöhner; Excubiæ, arum, Custodiæ, arum; Vigiliæ, arum, die Wache; Proles, is, Kind.
2do. Nomina epicœna, quæ sub Articulo Fœminino utrumque sexum comprehendunt; ut Avis, is, Vogel; Bestia, æ, wildes Thier; Bellua, æ, ungezähmtes Thier; Pecus, dis, allerley Vieh;

Vulpes, is, Fuchs; Aquila, æ, Adler; Noctua, æ, Nachteule.

VII. Est commune duûm, sexum, quod claudit utrumque Articulo gemino.

Huc pertinent infra scripta nomina, quæ, si de mare sermo est, cum articulo, vel adjectivo masculino: si vero de fœmina, cum articulo, vel adjectivo fæminino exprimuntur.

Adolescens, tis, Jüngling, oder Jungfer.
Affinis, is, Schwager, oder Schwägerin.
Antistes, itis, Vorsteher, Vorsteherin.
Artifex, cis, Künstler, Künstlerin.
Auctor, is, Urheber, Urheberin.
Augur, is,. Wahrsager, Wahrsagerin.
Bos, vis, Ochs, oder Kuh.
Canis, is, Hund, Hündin.
Civis, is, Burger, Burgerin.
Cliens, tis, Schutz, oder Pflegkind.
Comes, tis, Reißgefährte.
Conjux, jugis, Gemahl, Gemahlin.
Custos, dis, Hüter, oder Wächter.
Dux, cis, Führer, Führerin.
Familiaris, ris, vertrauter Freund, Freundin.
Hæres, edis, Erbe, Erbin.
Hospes, itis, Wirth, oder Gast.
Opifex, ficis, Werkmeister, Werkmeisterin.
Princeps, cipis, Fürst, Fürstin.

Sus,

Sus, is, Schwein.
Vates, tis, Wahrſager, Wahrſagerin.
Hoſtis, is. Feind, Feindin.
Infans, tis, Kind.
Interpres, tis, Dollmetſcher.
Judex, cis, Richter, Richterin.
Juvenis, Jůngling, Jungfer.
Martyr, is, Blutzeuge, Blutzeugin.
Miles, tis, Soldat, Soldatin.
Municeps, cipis, Mitburger, Mitburgerin.
Nemo, inis, Niemand.
Parens, tis, Vater, oder Mutter.
Sacerdos, dotis, Prieſter, oder Prieſterin.
Teſtis, is, Zeuge.
Vindex, dicis, Råcher, Råcherin.

Plura vix reperies.

Adjectiva in *is*, ut Dulcis, ſůß; Fortis, ſtark; & comparativa in *or* ſunt generis communis, non ex ſignificatione, ſed propter geminum Articulum, vi quorum ſubſtantivis maſculinis, & fœmininis adjungi poſſunt.

VIII. Pro maribus pugnant, Menſes, Fluviique minaces.

1mo. Nomina Menſium ſunt generis maſculini, ut Januarius, ii, Jenner; Febru-

bruarius, Hornung; Martius, ii, Merz; Aprilis, is, April; Majus, ji, May; Junius, ii, Brachmonat; Julius, ii, vel Quintilis, vel Quinctilis, Heumonat; Augustus, i, vel Sextilis, is, Augustmonat; September, bris, Herbstmonat; October, bris, Weinmonat; November, bris, Wintermonat; December, bris, Christmonat.

2do. Nomina Fluviorum majorum, seu navigalium, ut Tagus, i, in Portugalia; Iberis, is, in Hispania; Ligeris, is, in Gallia; Thamesis, is, in Anglia; Scaldis, is, Schelde in Belgio; Albis, is, in Germania; Rhodanus, i, Rohne, in Helvetia; Tiberis, is, in Italia; Viadrus, i, in Silesia; Vistula, æ, in Polonia. Minores Fluvii à terminatione suum genus desumunt.

Exceptio.

Styx, stygis, ein Fluß in Arcadien; Lethe, es, ein Fluß in Africa, sunt generis Fœminini. Jader indeclinabile, est generis Neutrius.

IX. Insula Fœminea; Urbs; Regio, cum Nave; Poësis.

Fœminini generis sunt Nomina:

1mo. Insularum, ut Rhodus, i, die Cycladische

sche Insel; Cyprus, i, eine Insel auf dem mittelländischen Meere.

2do. Urbium, ut Jerusalem; Bethlehem; indeclinabiles. Constantinopolis.

3tio. Regionum, ut Silesia; Polonia; Prussia.

4to. Navium. Quævis nova navis, priusquam maris fluctibus committatur, insignitur proprio nomine, quod nomen cujuscunque sit terminationis, est generisFœminini, vg. Fridericus; Josephus; Ludovicus; Invincibilis; &c.

5to. Nomina Fabularum, ut Æneis, idos, Buch der Thaten, und Geschichten Æneæ; Ilias, iadis, ein Gedicht Homeri von der Zerstöhrung Troja. &c.

X. Fœminea est arbor.

Nomina Arborum sunt generis fœminini, ut Cupressus, i, Cypressenbaum; Sambucus, i, Hollunderbaum; Cerasus, i, Kirschbaum; Morus, i, Maulbeerbaum; Prunus, i, Pflaumbaum; Pirus, i, Birnbaum; Pomus, i, Apfelbaum; Amygdalus, i, Mandelbaum; Platanus, i, Maaßholderbaum; Quercus, us, Eichbaum; Pinus, i, Fichtenbaum; Abies, etis, eine Tanne.

Exceptio.

- - - Foliis Oleaſter amarus.
Mas eſt - - -

Oleaſter, oleaſtri, wilder Oehlbaum; eſt generis maſculini.

Hoc Acer, atque Siler, cum Subere, Robur.

Acer, aceris, Ahornbaum; Siler, is, Waſſerweide; Suber, is, Pantoffelholz; Robur, oris, Eichbaum; ſunt generis neutrius.

Dumus, i, Dornſtrauch; Rubus, i, Brambeerſtaude, non ſpectant huc, humiliores ſunt enim, quam ut inter arbores computarentur, hinc a terminatione genus ſuum deſumunt.

Ex Poſitione, ſeu Terminatione cognoſcuntur.

I. Um neutris junges, hominum, si propria demas.

Hæc Regula omnibus antecedentibus Regulis

gulis derogat, & declarat omnia Nomina in *um* Syllaba terminata, cujuscunque ſint ſignificationis, eſſe generis neutrius, præter Nomina propria Hominum, virorum, & mulierum, quorum admodum pauca ſunt, & raro uſui occurrentia.

II. A plurale genus neutrum sibi poſcit ubique.

Omnia Nomina exeuntia in Nominativo plurali in *a*, ſunt absque omni exceptione generis neutrius, cujuscunque ſignificationis, vel poſitionis, vel Declinationis sint

III. Nomen in I maribus, ſi ſit plurale reſerva.

Nomina exeuntia in numero plurali in *i*, cujuscunque ſignificationis ſint, ſunt generis masculini, ut Pariſii, iorum Paris. Liberi, orum, Kinder; Cœli, orum, Himmel.

A

A.

IV. Fœmineum A primæ eſt, veluti Panthera, Sagitta.

Nomina primæ Declinationis *A* littera terminata ſunt generis Fæminini, ut Panthera, æ Panterthier; Sagitta, æ, Pfeil.

Exceptio.

Adria mas eſto, cui junge Cometa, Planeta.

Hic mammona petit, Paſcha Hoc, cui jungito Manna.

Adria, æ, Adriatiſches Meer; Cometa, æ, ein Comet; Planeta, æ, Planet; Mammona, æ, Reichtum, ſunt generis masculini. Pascha, æ, Oſterfeſt; Manna, æ, Reichtum ſunt generis neutrius. Quando vero Manna ſignificat dulcem rorem, Meerthau, vel micas thuris concuſſu eliſas, Rauchwerk, tunc eſt Fœmininum.

V.

V. Nomen in A ternæ, neutrum eſt, ceu ſtigma, Toreoma.

Nomina exeuntia in *a* tertiæ Declinationis, ſunt generis neutrius, ut ſtigma, tis, Brandmahl; Toreoma, tis, gedrechſeltes Werk; Pascha, tis, Osterfeld.

E.

VI. E latiale petit neutrum, velut Acre, Monile.

Latina Nomina in Nominativo *E* litera terminata neutra ſunt, ut Acre, is, ſcharf; Monile, is, Halsband.

Exceptio.

Fœmineum eſt Aloe, Rhodopeque, & cætera græca.

Nomina græca exeuntia in *E*, ſunt Fœminina, & primæ Declinationis; ſunt autem quamplurima hujusmodi nomina apud Latinos in uſu, ut Aloe, es, bitteres Kraut; Crambe, es, Kohl, Köhl; Dialectice

lectice, es, Disputirkunst; Epitome,es, Auszug, kurzer Begrif; Grammatice, es, Sprachkunst; Helene, es, eine Tochter des Jupiters; Irene, es, Friede; Leuce, es, weiße Pappel; Musice, es, Singkunst; Ode, es, Gesang; Plastice, es, Stukedor-Arbeit; Rhodope, es, ein Berg in Thracien.

Singularia.

Cete Wallfisch; Tempe, lustiger Ort in Thessalien, & Mele, Gedichte, Gesänge, Lieder, sunt neutra pluralis numeri, & indeclinabilia, ut Cygnea mele, Schwanengesang.

Mille, si substantive ponatur, neutrius est generis, & in numero singulari indeclinabile; in plurali autem declinatur per omnes casus, ut Millia, millium, millibus &c. Si autem Adjectivè sumatur, est generis omnis, & indeclinabile, sic dicitur: mille viri, mille virorum, mille viris &c.

I.

VII. I neutris tribue.

Nomina *I* litera terminata neutra sunt, & indeclinabilia, ut Gummi, Gummi, oder

oder Harz; Sinapi, Senft. Si autem dicatur Sinapis, is, Fœmininum eſt. Moly, genit. molyos, Nachtſchattenkraut, neutrum eſt. Nauci; Flocci; Nihili, huc non ſpectant, ſunt enim Adjectiva omnis generis indeclinabilia, ut dicetur infra.

O.

VIII. - - O maribus ſinita dabuntur.

Nomina *O* litera terminata ſunt generis maſculini, ut Sermo, nis, die Rede; Mucro, onis, Spitz eines Gewehrs; Bufo, nis, eine Kröte; excipitur Caro, rnis, Fleiſch, & eſt generis Fœminini.

Exceptio.

Eſt io Fœmineum, ſi ſit ſinè corpore
Quodque deſinit in Do, Go,
neutris adſcribito Pondo.

Nomina exeuntia in *io*, non habentia corpus, ſunt generis Fœminini, ut Unio, nis, Vereinigung, & omnia nomina derivata à Verbis, ut Admiratio, nis, Verwunderung;

rung; Bajulatio, nis, das Tragen; Calculatio, nis, das Rechnen; Depositio, nis, das Absetzen. His adde Cœnatio, nis, Abendessen; Portio, nis, Theil.

Habentia corpus, sunt vi Regulæ VIII. generis masculini, ut Unio, onis, Perlen. Titio, nis, ein Brand; Scipio, nis, ein Stab; Pugio, nis, ein Dolch.

Nomina desinentia in *Do* Fœminina sunt, ut, Fortitudo, inis, Stärke; Gratitudo, inis, Dankbarkeit; Habitudo, inis, Fähigkeit.

Exceptio.

Cudo, nis, Spitzhaube, oder Pohlnischer Hut; Ordo, inis, Ordnung; Udo, onis, Filzschuch; Cardo, inis, Thürangel, sunt generis masculini.

Pondo, Gewicht, est generis neutrius, & indeclinabile.

Nomina desinentia in *Go* fœminina sunt, ut Imago, inis, Bild; Lanugo, inis, Milchbart; Mentigo, inis, eine böse Raude am Maul.

Exceptio.

Harpago, inis, Schiffhakke; Ligo, onis, Hau, sunt generis masculini.

U.

IX. U finita petunt neutris esse associata.

Nomina *U* litera terminata sunt generis neutrius, ut Gelu, Frost; Genu, Knie; Cornu, Horn; Tonitru, Donner; Veru, Bratspieß. Numero Singulari sunt indeclinabilia, in plurali autem declinantur per omnes casus.

C.

X. C finita genus solùm merurere neutrum.

Nomina *C* litera finita neutra sunt, ut Halec, cis, Hering; Lac, lactis, Milch.

L. T.

XI. L, T, sit neutrum; hic Mugil, Sal, Solque reposcunt.

Nomina exeuntia in *L* sunt generis neutrius, ut Animal, is, Thier; Vectigal,

is, Zoll; Fel, lis, Galle; Mel, lis, Honig. Excipitur Mugil, is, eine Art von Meerfischen; Sol, is, Sonne; Sal, is, Salz. Sal antiquitus etiam neutraliter declinabatur, ut: Si Sal infatuatum fuerit, in quo salietur?

Nomina in *T* desinentia, neutra sunt, ut Caput, itis, Kopf, oder Haupt; Occiput, itis, Genicke, Nacken; Sinciput, itis, Vordertheil des Kopfs.

An. In. On.

XII. An, In, On mas; Hæc Sindon, Icon & Aëdon.
Queis adde Alcyonem; neutris da cuncta secundæ.

1mo. Nomina exeuntia in *An*, sunt græca & generis masculini, ut Titan, is, die Sonne; Pæan, is, ein Gesang zu Ehren des Apollo.

2do. Desinentia in *In* pariter masculina sunt, ut Delphin, inis, Meerschwein.

3tio. Terminata in *On* sunt generis masculini, ut Canon, is, Regel; Agon, is, Kampf; Dæmon, is, Teufel.

Ex-

Exceptio I.

Sindon, nis, feine Leinwand; Icon, is, Bild; Aëdon, is, Nachtigal; Alcyon, is, Eyßvogel, ſunt generis fœminini.

Exceptio II.

Nomina, quæ, in *on* exeunt, & ſunt ſecundæ Declinationis, græca ſunt, & generis neutrius, ut Symphoſion, ii, Mahlzeit; Automaton, i, Uhrwerk; Barbiton, i, Laute; Cardanon, i, Gartenkreſſe; Mnemoſynon, i, Denkzeichen; Encomion, encomii, Lobſpruch.

En.

XIII. En dabitur neutris; ſed Hymen, Ren, maſcula ſunto.
Et Splen, atque Lien, Atagen, cum Pectine, Lichen.

Nomina *en* ſyllaba terminata ſunt generis neutrius, ut Examen, inis, Prüfung; Flumen, inis, Fluß; Gramen, inis,

Graß; Volumen, inis, Buch; Lenimen, inis, Linderung; Munimen, inis, Schirm; Nomen, is, Name; Omen, inis, Vorzeichen, oder Vorbedeutung eines Glůks, oder Unglůks; Semen, inis, Saame.

Exceptio.

Hymen, inis, Hochzeit; Ren, is, Nieren; Splen, is; Lien, is, Milz; Attagen, inis, Haselhun; Pecten, inis, Kampel; Lichen, is, Zittermaal, ſunt generis maſculini.

Ar.

XIV. Poſtulat *ar* neutrum, ceu Par, cum Nectare, Bachar.

Nomina deſinentia in *ar*, ſunt generis neutrius, ut Par, is, ein Paar; Nectar, is, Himmliſcher Trank; Bachar, is, klein Baſilienkraut; Calcar, is, Sporn; Exemplar, is, Muſter; Laquear, is, Spalier; Hepar, tis, Leber; Lupanar, is, Hurenhauß; Far, is, Kern, oder Korn; Jubar, is, Glanz.

Er.

Er.

XV. Er maribus dona. - - - - - vv - -

Nomina *er* ſyllaba finita maſculina ſunt, ut Ager, agri, Acker; Liber, bri, Buch; Culter, tri, Meſſer; Carcer, is, Kerker; Aër, is, Æther, is, Luft; Agger, is, Damm; Imber, bris, Platzregen; Cancer, cri, Krebs.

Exceptio.

- vv - - - Laver Hoc cum Tubere poſcit,

Uber, Iter, Spinther, Laser, Cicer, atque Papaver,

Ver, Siser, atque Piper, cum Verbere necte Cadaver.

Neutra ſunt ſequentia: Laver, is, Waſſermerk, ein Kraut. Tuber, is, Beul, Geſchwulſt. Uber, is, Bruſt. Iter, itineris, Reiſe. Sphinter, is, Weiber-

 Schmuck

ſchmuck. Laser, is, Teufelskoth. Cicer, is, Kicher. Papaver, is, Magſaame. Ver, is, Frühling. Siſer, is, gelbe Rüben. Piper, is, Pfeffer. Verber, is, Schläge. Cadaver, is, Aas.

NB. Tuber juxta ſuperiorem ſignificationem neutrum; ſigniſicans certam ſpeciem arboris, fœmininum; pomum verò Arboris ſub eodem nomine maſculinum eſt.

Verber in Singulari inuſitatum eſt, excepto Ablativo Verbere; in plurali autem omnibus caſibus gaudet.

Or.

XVI. Or maribus ſervit.

Nomina in *or* deſinentia maſculini ſunt generis, ut Amor, is, Liebe. Calor, is, Hitze. Dolor, is, Schmerz. Favor, is, Gunſt. Horror, is, Schröcken. Livor, is, blaues Zeichen von einem Schlag; der Neid, die Mißgunſt. Mœror, is, Traurigkeit. Nitor, is, Glanz. Odor, is, Geruch. Pavor, is, Furcht. Rumor, is,

das

das Geschrey. Sopor, is, der Schlaf. Tumor, is, die Geschwulst. Vigor, is, die Kraft.

Exceptio I.

. . . . . muliebris demitur Arbor.

Arbor, is, der Baum, est generis fœminini.

Exceptio II.

Accedunt neutris, Cor, Ador, cumque Æquore, Marmor.

Cor, dis, das Herz. Ador indeclinabile Kraftmehl. Æquor, is, Meer. Marmor, is, Marmelstein, sunt generis neutrius.

Ur.

XVII. Exigit ur neutrum.

Nomina *ur* Syllaba terminata sunt neutra, ut Ebur, eboris, das Elffenbein. Fulgur, is, der Blitz. Guttur, is, die Gurgel. Jecur, oris, Leber. Murmur, uris,

uris, Murmel. Sulphur, uris, der Schwefel.

Exceptio.

. - - - Hic Furfur, cum Vulture, Turtur.

Furfur, is, die Kleyen. Vultur, ris, der Geyer. Turtur, is, Turteltaube, sunt generis masculini.

As.

XVIII. Fœmineum as.

Nomina desinentia in *as* sunt generis fœminini, ut Ætas, ætatis, Alter. Bonitas, tis, die Güte. Calamitas, tis, der Jammer, die Noth. Deitas, tis, die Gottheit. Ebrietas, tis, die Trunkenheit. Falsitas, tis, die Falschheit. Garrulitas, tis, die Geschwätzigkeit. Humilitas, tatis, die Demuth. Jucunditas, tis, die Fröhlichkeit. Levitas, tis, die Leichtsinnigkeit. Maturitas, tis, die Reiffe. Nuditas, tis, die Blöse. Olympias, dis, eine Zeit von 4. Jahren. Pietas, tis, Frömmigkeit. Qualitas, tis,

Ei=

Eigenschafft. Raritas, tis, Seltsamkeit. Sanitas, tis, Gesundheit. Taciturnitas, tis, Verschwiegenheit. Vanitas, tis, Eitelkeit.

Exceptio I.

- - - - Neutrum Vas, vasis; Fasque, Nefasque.

Vas, vasis, das Faß. Fas, das Recht. Nefas, das Unrecht, sunt generis neutrius. Posteriora duo sunt indeclinabilia.

Exceptio II.

Mascula sunt Elephas, Adamas, As, atque Tiaras,

Cum reliquis cunctis, flectit, quæ Prima Pelasgûm.

Elephas, antis, ein Elephant; Adamas, antis, der Demant; As, asis, 12. Unzen; Tiaras, æ, Hauptzierde, sunt generis fœminini; Tiara, æ, est fœmininum.

Omnia Nomina exeuntia in *as*, quæ apud

apud Græcos ſunt primæ declinationis, ſunt generis maſculini, ut Æneas, æ.

Es.

XIX. Eſto nomen in es muliebre.

Nomina in *es* deſinentia, ſunt generis fœminini, ut Cœdes, is, der Mord; Clades, is, die Niederlage; Fames, is, der Hunger; Quies, tis, die Ruhe; Seges, tis, allerley Saat; Teges, tis, die Decke, & omnia nomina quintæ declinationis, ut Acies, ei, die Schlachtordnung. Balbuties, ei, das Stammeln. Durities, ei, die Hårte. Effigies, ei, ein Bild. Glacies, ei, das Eyß. Macies, ei, das Magere. Rabies, ei, die Raſerey.

Exceptio I.

. . . . . . Sed eſto virile.

Limes, Pes, Fomes, Termes, cum Palmite, Drames.

Et

Et Gurges, Merges, Poples, cum
Cespite, Vepres.

Et Paries, Stipésque, Meri-nomen-
que-diei.

His græcum primæ, vel ternæ
jungito nomen.

Limes, itis, die Gränze. Pes, pedis, der Fuß. Fomes, itis, der Zunder. Termes, etis, ein abgebrochener Zweig. Palmes, itis, ein Rebenzweig. Trames, itis, ein Fußsteig. Gurges, itis, ein Wasserwürbel. Merges, itis, die Korngarbe. Poples, itis, die Kniescheibe. Cespes, itis, der Rasen, der grüne Wasen. Vepres, is, der Dornbusch, die Dornhecke. Paries, etis, die Wand. Stipes, itis, der Stab. Meridies, ei, der Mittag. Et omnia græca nomina, quæ apud Græcos sunt primæ, vel tertiæ declinationis, ut Tapes, tis, der Teppich. Cometes, æ, der Comet. Magnes, tis, der Magnetstein. Lebes, etis, der Kessel. Acinaces, is, Persischer Sebel. Bootes, æ, das Gestirn, der Ochsentreiber. Aromatites, æ, der gewürzte Wein. Absynthites, æ, der Wermuthwein

wein. Myrtites, æ, der Myrrhenwein. Hyſopites, æ, Jſopwein, ſunt generis maſculini.

Exceptio II.

Hyppomanes neutris, Panaces, cacoethes adhærent.

Hyppomanes, is, das gifftige Kraut. Panaces, is, das Kraut wider alle Krankheiten. Cacoethes, is, üble Gewohnheit, ſunt generis neutrius.

Is.

XX. Is, dato fœmineis.

Nomina exeuntia in *is* ſunt generis fœminini, ut Avis, avis, der Vogel. Baſis, is, der unterſte Grund einer Saule. Clavis, is, der Schlůſſel. Doſis, is, eine Arzney auf einmal zu nehmen. Ecclipſis, is, die Verdeckung des Lichts, der Sonne, oder des Mondes. Febris, is, das Fieber. Caſſis, idis, die Sturmhaube.

Ex-

Exceptio.

- - - - maribus da Piscis, Aqualis.

Anguis, tum Fustis, tum Callis, Follis, & Ensis.

Mensis, cum Vecti, Torris, Glis, Postis, & Orbis,

Et sanguis, Cenchris, Collis cum Vomere Cassis,

Mugilis, atque Lapis, Vermis, cum Fasce, Canalis.

Unguis, tum Cucumis, tum Caulis, Pulvis, & Axis.

Nis quoque finitum, ceu Panis, & Asse creata.

Piscis, der Fisch. Aqualis, is, das Wassergeschirr. Anguis, is, die Schlange. Fustis,

ſtis, is, der Knittel, der Prügel. Follis, is, der Blasbalg. Callis, is, der Fußſteig. Enſis, is, das Schwert. Menſis, menſis, der Monat. Vectis, is, der Hebebaum. Torris, is, der Brand. Glis, gliris, die Ratze. Poſtis, is, das Thürgeſtelle. Orbis, is, der Erdkreiß. Sanguis, inis, das Blut. Cenchris, idis, die gefleckte Schlange. Collis, is, der Hügel. Vomis, is; idem quod Vomer, is, die Pflugſchar. Caſſis, is, das Jägergarn. Mugilis, is, der Meerfiſch. Lapis, idis, der Stein. Vermis, is, der Wurm. Faſcis, is, der Bund; das Büſchel. Canalis, is, die Waſſerröhr. Unguis, is, ein Nagel an Händen, oder Füſſen. Cucumis, eris, die Gurke. Caulis, is, der Striegel. Pulvis, eris, der Staub. Axis, is, die Achs am Wagen. Et omnia nomina exeuntia in *nis*, ut Panis, is, das Brod. Cinis, eris, die Aſche. Amnis, is, der Fluß. Et derivata ex As, aſſis, ut Beſſis, idem quod Bes, zwey Drittheile von einem ganzen Stücke; Centuſſis, is, hundert Unzen; ſunt generis maſculini.

Os.

XXI. Maſcula in os ſanto.

Nomina deſinentia in *os*, ſunt generis maſculini,

lini, ut Flos, oris, die Blume. Mos, moris, der Gebrauch, oder Sitten. Ros, roris, der Thau. Honos, ris, die Ehre. Monoceros, ris, das Einhorn.

Exceptio I.

..... Dos, cos muliebris, & Arbos.

Dos, tis, die Morgengab; Cos, tis, der Wetzstein; Arbos, oris, der Baum; sunt generis fœminini.

Exceptio II.

Da Chaos, atque Melos neutris,
Os, Argos, Epósque.

Chaos indeclinabile, die Vermischung allerley Dinge; Melos indeclinabile, der Ton des Gesangs; Os, oris, der Mund; Os, ossis, das Bein; Argos, eos, vel argi, eine Stadt in Griechenland; Epos, eos, ein Heroisches Gedicht, sunt generis neutrius.

Us.

XXII. Nomen in us mas eſt, ſeu quartæ, sive secundæ.

Nomina *us* Syllaba terminata, ſive ſecundæ, ſive quartæ ſint declinationis, maſculina ſunt: ut Annus, i, das Jahr. Botrus, i, die Weintraube. Cantus, us, der Geſang. Dolus, i, der Betrug. Equus, i, das Pferd. Faſtus, us, die Hoffart, der Hochmuth. Gibbus, i, die Buckel. Hortus, i, der Garten. Ictus, us, der Streich. Luctus, us, die Trauer. Muſcus, i, das Mooß an den Bäumen. Naſus, i, die Naſe. Oculus, i, das Auge. Paſſus, us, der Schritt. Quæſtus, us, das Gewerbe. Rogus, i, der Scheiterhaufen. Saltus, us, der Tanz. Terminus, i, das Ende. Vultus, us, das Geſicht.

Exceptio I.

Porticus, atque Tribus, muliebris,
Acusque, Manusque

Alvus

Alvus, Humus, Vannus, Colus, I-
dus, Carbasus addes.

Et Domus, & Ficus pomum, mas
morbus habetur.

Porticus, ûs, ein bedeckter Gang; Tribus, ûs,
die Zunft; Acus, ûs, die Nadel; Manus,
ûs, die Hand; Alvus, i, der Bauch;
Humus, i, die Erde; Vannus, i, die Fut-
terschwinge; Colus, i, der Spinnrocken;
Idus, ûs, gewisse Tåge des Monats; Do-
mus, ûs, vel i, das Hauß; Ficus, i,
vel ûs, die Feige, oder der Feigenbaum;
Sunt generis fœminini. Si Ficus signifi-
cet eine Geschwulst, est generis masculi-
ni. Acus, i, ein Fisch, est generis ma-
sculini. Acus, eris, die Spreu, est neu-
trum.

Exceptio II.

Plurima in os græca, Ausonii fecēre
Latina,

Quæ maribus partim, ut Prologus,
Paradisus adhærent;

Partim fœmineis, veluti Dyphtongus, Eremus.

Plurima græca nomina, exeuntia in *os*, Latini *os*, in *us* mutantes, faciunt Latina, quorum quædam ſunt maſculini generis; ut Iſthmus, i, enger Platz zwiſchen zwey Meeren. Crocus, i, der Saffran. Scyphus, i; Cyathus, i, ein Becher. Dialogus, i, das Geſpräche. Prologus, i, die Vorrede. Epilogus, i, die Beſchluß-rede. Typus, i, das Muſter. Stylus, i, die Schreibart. Zelus, i, der Eifer. Smaragdus, i, der Schmaragd. Paradiſus, i, das Paradieß.

Quædam ſunt generis fœminini, ut Dypthongus, i, zweyſtimmender Buch-ſtab. Eremus, i, die Wüſte. Periodus, i, vollkommene Rede. Arctus, i, das Ge-ſtirn, der Bär genannt. Papyrus, i, das Papier. Barbitos, vel us, i, große Lau-ten. Pharus, i, ein Seethurn. Chryſtallus, i, ein Chriſtall. Nardus, i, das Spikanarden Kraut. Diametrus, i, idem quod Diameter, tri, der Durchſchnitt des Zirkels durch die Mitte. Exodus, i, der Ausgang. Lecythus, i, der Oehlkrug. Abyſſus, i, die Tiefe ohne Grund. Synodus, i, die Zuſammenkunft. Dialectus, i, eine eigene Art zu reden. Byſſus, i, ſub-tile

tile Leinwand. Methodus, i, kurze Anweisung zu dem, was man lernen soll.

Virus indeclinabile, das Gifft; Pelagus, i, das Meer; Vulgus, i, der Pöbel, oder gemeines Volk; sunt generis neutrius. Postremum etiam cum articulo masculino pro arbitrio adhiberi potest.

Exceptio III.

Postulat us neutrum, quoties id tertia flectit.

Nomina *us* syllaba terminata sunt generis neutrius, si sint tertiæ Declinationis, ut: Acus, eris, die Spreu. Corpus, oris, der Leib. Decus, oris, die Ehre, das Lob, die Zierde, die Würde. Funus, eris, die Leichenbegräbniß. Genus, eris, das Geschlecht. Latus, eris, die Seite. Litus, oris, das Gestad am Meere. Munus, eris, das Amt, die Pflicht, die Gabe, oder das Geschenke. Opus, eris, das Werk. Onus, eris, die Last. Pecus, oris, das Vieh. Pectus, oris, die Brust. Stercus, oris, der Koth. Vulnus, eris, die Wunde. Thus, uris, der Weyrauch. Præter Tripus, odis, quod Substantive positum masculinum, adjective omnis generis est,

der Dreyfuß. Polypus, odis, vielfüßig. Chytropus, odis, der Kessel, oder Topf mit drey Füssen, sunt generis masculini.

Exceptio IV.

Sit tibi fœmineum, Lagopus, herba, volucris,

Cum Tellure, Palus, Subscus, pulcherrima Virtus.

Atque Salus, Pecudisque Pecus, quibus additur Incus.

Quæque sibi Servus, Juvenisque, Senexque jugârunt.

Lagopus, odis, seu significet avem, ein Schneehun; seu herbam, Katzenklee, fœmininum est. Item Tellus, telluris, die Erde. Palus, udis, die Pfütze. Subscus, udis, eine Leiste. Virtus, utis, die Tugend. Salus, utis, das Heil; Pecus, pecudis, allerley Vieh; Et derivata, ex *Servus*, *Senex*, *Juvenis*, ut: Servitus, utis, die Dienst=

Dienstbarkeit; Juventus, utis, die Jugend; Senectus, utis, das Alter.

XXIII. Æs tibi sit neutrum; Laus, Fraus muliebria sunto.

Æs, æris, das Erz, est generis neutrius. Laus, dis, das Lob; Fraus, fraudis, der Betrug, sunt generis fœminini.

XXIV. S dato fœmineis, si consona ponitur ante.

Nomina *s* literâ terminata, ante *s* consonantem habentia sunt generis fœminini, ut Ars, tis, die Kunst. Bidens, tis, ein Schaaf, welches zwey Jahr alt ist. Cohors, tis, eine Schaar. Daps, is, eine niedliche und delikate Speise. Frons, tis, die Stirn. Frons, dis, der Zweig. Glans, dis, die Eichel. Gens, tis, das Volk. Hyems, is, der Winter. Lens, dis, die Nuß von Läusen. Lens, tis, die Linse. Mens, tis, das Gemüth. Plebs, bis, das gemeine Volk. Puls, pultis, das Gemüse, der Brey. Sors, tis, das Loos, Glüksfall. Trabs, bis, der Balken. Seps, is, der Zaum.

Exceptio I.

Eſto virile Rudens, Fons, Pons, Seps, Lethifer, anguis.
Mons, Dens, atque Chalybs, Aſſis quibus addito partes.
Et polyſyllaba *ps*; Forceps dematur adunca.

Rudens, tis, ein Schiffseil. Fons, tis, ein Brunn. Pons, tis, eine Brücke. Seps, pis, eine kleine giftige Schlange. Mons, tis, der Berg. Dens, tis, der Zahn. Chalybs, is, der Staal. Et Partes Aſſis, ſeu nomina quæ aſſes, cujuscunque quantitatis, ſeu numeri ſignificant, ut: Sextans, tis, der ſechſte Theil eines Pfunds, oder zwey Unzen; Quadrans, tis, der vierte Theil, oder drey Unzen; Triens, tis, der dritte Theil, oder vier Unzen; Dodrans, tis, drey Drittel, oder 9. Unzen; Dextans, tis, 10. Unzen. Item nomina plurium Syllabarum deſinentia in *ps*, ut: Elops, is, eine köſtliche Gattung von Meer=

Meerfischen; Epops, is, die Wiedehopf; Hydrops, is, die Wassersucht; sunt generis masculini. Composita ex *Dens*, ut: Bidens, tis, zweyzinkige Gabel; Tridens, tis, dreyzünkig; etiam masculini sunt generis.

Exceptio II.

Supremum Genus ENS solum vult esse neutrum.

X.

XXV. X dato fœmineis,

Nomina *X* literâ terminata, sunt generis fœminini, ut Arx, arcis, das Schloß. Bombyx, cis, die Seide. Cervix, icis, das Genicke. Dioryx, cis, der Wassergraben. Fax, cis, die Fackel. Falx, cis, die Sichel, die Sense. Faux, cis, der Rachen. Lex, legis, das Gesetze. Lux, ucis, das Licht. Lodix, cis, die Bettdecke, das Leilach. Nox, noctis, die Nacht. Nux, cis, die Nuß. Pix, icis, das Pech. Pax, cis, der Fried. Perdix, cis, das Rebhun.

Exceptio I.

- - - - Sed Erix, Grex maſcula ſunto,
Et Spadix, Bombyx vermis, cum Fornice, Phœnix.
Atque Calyx, Coccix, & Oryx, Varixque, Calyxque,
Præterea Volvox, Quincunx, Septunxque Deunxque.

Erix, cis, Berg in Sicilien. Grex, gis, eine Heerde. Spadix, icis, ein abgebrochener Zweig mit Früchten von einem Dattelbaum. Bombyx, bicis, ein Seidenwurm. Fornix, icis, das Gewölb. Phœnix, icis, ein Arabiſcher Vogel. Calix, icis, der Kelch, der Becher. Coccyx, ygis, der Guguck. Oryx, igis, wilde Geiß, oder Ziege. Varix, icis, eine aufgelaufene Blutader. Calyx, ycis, die Hilſe an einer jeden Frucht, oder die Knöpfe an den Roſen. Volvox, ocis, ein Rebenwürmlein. Quicunx, cuncis, fünf Unzen; Deunx, cis,

uncis, eilf Unzen. Hæc ſunt generis maſculini.

Exceptio II.

Ax, Ex, finitum polyſyllabon eſto virile.

Nomina exeuntia in *ax* vel *ex* plurium ſyllabarum, ſunt generis maſculini, ut: Apex, icis, die Spitze. Cimex, icis, die Wanze. Dropax, acis, Gattung einer Salbe, oder das Pechpflaſter, davon das Haar ausfällt. Trutex, icis, eine Staude, Hecke. Harpax, acis, die Raubbeere. Latex, icis, allerley feichte Sachen, als Waſſer, Wein, Oehl. Murex, icis, die Purpurſchnecke. Nycticorax, acis, die Nachteul. Obex, icis, der Riegel. Pollex, icis, der Daum. Ramex, icis, der Hodenbruch. Silex, icis, der Feuerſtein. Vertex, icis, das Oberſte eines jeden Dinges; der Würbel an dem Kopf.

Exceptio.

Fœmineum Thomex, Halex, cum Smilace, Fornax,

Et Forfex, Vibex, Carex, adjunge Supellex.

Thomex, icis, das Schnürlein, das Hanfseil. Halex, ecis, Häring. Smilax, acis, die Weiden, die am Zaume wachsen. Fornax, acis, der Ofen. Forfex, icis, die Scheere. Vibex, icis, die Strieme. Carex, icis, das Riedgraß, oder stachliche Ruthen, daraus man Körbe macht. Supellex, ctilis, das Haußgeräth.

De
Genere Adjectivorum.

XXVI. Est commune trium, generi, quod convenit omni.

Nomina Adjectiva unius terminationis, sunt generis omnis; quia possunt adjungi Substantivis masculinis, fœmininis, & neu-

neutris. Ut Audax, cis, keck. Constans, tis, beständig. Solers, solertis, emsig. Pauper, is, arm. Dives, itis, reich.

Adjectiva, quæ diversas habent formas, ad diversas præceptiones spectant.

Nomina, quæ diversas habent terminationes in Nominativo, ad diversas Regulas pertinent. Sic *Bonus*, pertinet ad regulam: *Nomen in us mas est*: *Bona*, ad regulam: *Fæmineum a primæ*: *Bonum* ad regulam: *Um neutris junges.* Sic *Niger* pertinet ad regulam: *Er maribus dona.* Sic *Brevis* ad regulam: *Est commune duum*; *Breve*, ad regulam: *E latiale petit neutrum.*

Mobile fit fixum, si fixum mente subaudis.

Unde genus capit: ut Sonipes, Oriensque, Tonansque.

Mobile

Mobile fit neutrum, ni fixum mente subaudis.

Sœpe positis Adjectivis substantiva omittuntur, propterea, quod facile subintelligantur. Talia adjectiva solent assumere genus Substantivi, quod subintelligitur. Sic sonipes, pedis, ein Klepper; est generis masculini, quòd subintelligatur Equus. Oriens, tis, der Aufgang; Occidens, tis, der Untergang der Sonne, sunt generis masculini, quia subintelligitur Sol. Tonans, tis, etiam masculinum est, quia subauditur Jupiter, seu Deus.

Præterea adhuc assumunt genus Masculinum:

Natalis, is, der Geburtstag	quia subauditur	Dies, der Tag.
Quinctilis, Sextilis,		Mensis, der Monat.
Torrens, tis, der Bach,		Amnis, ein Fluß.
Profluens, tis, rinnendes Wasser,		Amnis.
Confluens, tis, zusammen flüssendes Wasser,		Amnis.
Molaris, is, - - -		Dens, ein Zahn, oder Lapis, ein Stein.

Genus

Genus fœmininum assumunt sequentia.

Continens, tis, die feste Erde	quia subintelligitur	Terra, die Erde.
Vocalis, is; Consonans, tis, -		Litera, ein Buchstabe.
Bipennis, is, - - -		Securis, ein Beil.
Bidens, tis, zweyzähnig,		Ovis, ein Schaf.
Biremis, is, zweyruderig,		Navis, ein Schiff.
Triremis, is, dreyruderig,		Navis.
Tertiana, æ, dreytägig,		Febris, ein Fieber.
Plastica, æ, Stukadorkunst,		Ars, eine Kunst.
Pictoria, æ, Malerkunst.		Ars.

Neutrum tribuitur sequentibus:

Præsens, tis, gegenwärtig,	quia subauditur	Tempus, die Zeit.
Altum, i, das hohe Meer,		Mare, das Meer.
Suburbanum, i, ein Hof,		Prædium, ein Hof.
Cæruleum, i, das Blaue,		Cœlum, der Him̃el.

Si nullum Substantivum subintelligatur, Adjectivum neutraliter exprimitur, ut: Confe-

ſequens eſt, folgſam, oder folglich iſt; Decens, Conveniens eſt, es iſt geziemend, es iſt billig; Dulce eſt, Decorum eſt, es iſt ſüß, und angenehm. Turpe Lupus ſtabulis; Dulce eſt pro patria mori.

De Genere accidentali.

Genus eſt ſolum Attributum Nominis, Pronominis, & Participii; nihilominus etiam aliis accidentaliter attribuitur, dum Similia vel partes Nominativi, vel aliorum caſuum agunt. Hinc

Trade notas neutri, & verbum pro nomine ſumptum.

1mo. Literæ omnes, & alia quæcunque ſigna, quæ vices nominativi vel alterius caſus agunt, neutrum Adjectivum aſſumunt, ut: O eſt ovale; R iræ expreſſivum: NB in margine expoſitum ſit.

2do. Quando Verbum infinitivum locò nominativi ponitur, requirit adjectivum neutrum, ut: Mentiri non eſt meum; ſicut militi hoſtem aggredi glorioſum: ita hoſtem fugere infame eſt.

3tio. Omnia vocabula, quæ non pro ſuo ſignificato,

nificato, ſed pro ſola voce ſumuntur, ſunt generis neutrius, ut: Petrus eſt diſſyllabum; Rex majuſculis ſcribendum eſt.

De Genere Irregulari.

Reſpicimus fines, non ſignificata frequenter.

Nomina fluviorum, ſunt generis maſculini; Nomina autem Urbium ſunt generis fœminini. Si tamen ſimilia nomina ſub alio genere reperiantur apud Authores probatos, cenſendum eſt, eos majorem habuiſſe rationem poſitionis, ſeu terminationis, quam ſignificationis.

Reſpicit interdum nomen generale Poëta.

Nomen generale eſt, ſeu genericum, quod multa inferiora ſub ſe continet, de quibus prædicari poteſt; ſic Avis, ſeu Volucris eſt genericum nomen, quia poteſt de quaçunque avi prædicari; poſſum enim dicere Carduelis, ein Stiglitz, eſt avis; Acanthis, idis, ein Zeiſerle,

le, eſt, avis, ſeu Volucris. Ita Flumen, vel Amnis, Mons, Gemma, ſunt generalia, ſive generica, quia de omni flumine, vel Amne, Monte, Gemma dici poſſunt, ut: Danubius, die Donau, eſt Flumen. Ætna eſt Mons, Olympus eſt mons. Saphyrus eſt Gemma; Topazius eſt Gemma. Poëtæ, ut ſunt Licentiis aſſueti, in neceſſitate non apponunt nomini Adjectivum juxta genus, quod habet ex ſignificatione, vel terminatione, ſed juxta genus nominis generici. Sic vg. Saphyro, ex terminatione maſculino, apponunt epitheton fœmininum, quia Gemma nomen genericum, ſub quo Saphyrus continetur, eſt generis fœminini.

De Genere incerto.

Generis incerti nomina ſunt, quæ apud probatos Authores jam cum hoc, jam cum alio articulo inveniuntur, ut hic, vel hæc dies, der Tag. Genus incertum diſtinguitur a genere Communi, quod pro libitu vel unus vel alter articulus in nomine incerti generis adhiberi poſſit; in nomine communi, autem tantum maſculinus articulus adhibetur, quando ſermo eſt de mare; & fœmininus, ſi ſermo ſit, de fæmina, ut: Civis Romanus, de viro; Civis Romana, de muliere.

Hæc

Hæc modo fœmineis; maribus modo juncta videbis.

1. Groſſus. 2. Adeps. 3. Atomus. 4. Limax. 5. cum Torque. 6. Phaſelus.

1. Eine unzeitige Feige. 2. das Schmeer, oder die Feiſte. 3. das Sonnenſtäubchen. 4. die Schnecke. 5. das Halsband. 6. das Luſtſchiff.

7. Scrobs. 8. Serpens. 9. Finis, cum 10. Corbe, 11. Diesque. 12. Rubusque.

7. eine Grube. 8. eine Schlange. 9. das Ende. 10. der Korb. 11. der Tag. 12. die Brombeerſtaude.

Poſtulat *Hic*, aut *Hoc* merito 1. Nar, 2. Vulgus, & 3. Anxur.

1. Ein Fluß in Wälſchland. 2. der Pöbel. 3. eine Stadt in Campanien.

Dies numero ſingulari commune eſt; plurali verò plerumque masculinum.

Nomina Maſculina, quibus Poëtæ interdum genere fœminino utuntur.

Maſcula 1. Bubo. 2. Specus. 3. Cortex, cum 4. Pumice, 5. Pulvis.
1. eine Eule. 2. eine Höhle. 3. die Rinde. 4. der Bimſtein. 5. der Staub.
6. Et Calx, pars pedis; atque 7. Silex, cum 8. Margo, 9. Palumbes.
6. die Ferſe am Fuß. 7. der Kieſel. 8. der Rand. 9. die Holztaube.

Proferet hæc cautè juvenis muliebria vates.

Nomina Fœminina, quibus Poëtæ interdum genere maſculino utuntur.

Eſt muliebre 1. Animans. 2. Volucris, cum 3. ſtirpe, 4. Cupido.
1. das Thier. 2. der Vogel. 3. der Stamm. 4. die Begierde.
5. Sardonichen comitatur 6. Onyx, 7. Grus, 8. Clunis, & 9. Ales.

5. Edel=

5. Edelgestein, 6. Edelgestein; 7. der Kranich. 8. das Gesäß, oder die Hinterbacken. 9. ein Vogel.

Cum 10. Talpa, 11. Linther; cum 12. Dama, 13. Linxque, 14. Penusque.

10. der Maulwurf. 11. der Nache, der Kahn. 12. die Gems. 13. der Luchs. 14. der Vorrath vom Essen, und Trinken.

Hæc maribus tribues, cinget cum tempora Laurus.

De Genere Epicœno.

Articulo ſexum, quæ complectuntur utrumque

Uno; Epicœna vocant Graji; Promiscua noſtri.

Nomina, quæ uno Articulo utrumque genus claudunt, vocant Græci Epicœna, Latini Promiſcua. Hujusmodi ſunt quam plurima, quibus enumerandis hic ſpatium vix ſufficeret. Hæc tamen, quæ plerúmque uſui ſerviunt ſunt ſequentia:

 Sub

Sub Articulo masculino utrumque Sexum complectuntur:

Lepus, oris, ein Haas. Pavo, nis, ein Pfau. Passer, is, ein Sperling. Turtur, is, eine Turteltaube. Vultur, uris, ein Geyer. Cervus, i, ein Rabe. Cancer, cancri, ein Krebs. Anser, is, eine Gans. Camelus, i, ein Kamel. Aper, apri, ein Wildschwein, Hauer. *vide.* §. *II. No. III. pag.* 19.

Sub Articulo fœminino utrumque genus continent.

Anas, tis, eine Endte. Aquila, æ, ein Adler. Felis, is, eine Katze. Ovis, is, ein Schaf. Tigris, idis, ein Tyger. Alauda, æ, eine Lerche. Rana, æ, ein Frosch. Panthera, æ, ein Panterthier. Luscinia, æ, eine Nachtigal. *vide* §. *II. No. VI. pag.* 21.

De Genere Nominum Pluralium.

Nomina Pluralia carentia Singulari, plerum-
que

que ſuum genus derivant a ficto Nominativo ſingulari horum nominum, ut: Alpes, ium, das Schweitzer Gebürge, ſunt generis fœminini, quia fictus Singularis Alpes, is, juxta regulam: *Eſto nomen in es muliebre*, eſt generis fœminini.

De Nominibus, quorum Pluralis a Singulari in Genere discrepat.

Quadruplicia potisſimum ſunt hujus modi nomina:

I. Quædam ſunt in Singulari Maſculina, in Plurali neutra, ut:

Tartarus,i, Avernus,i, Infernus,i, } die Höll. Pluraliter { Tartara,orum. Averna,orum. Inferna,orum.

Baltheus, i, Gewehr, oder Degen-Gehenke, plur. Balthea, orum.

Dindymus, i, ein Berg in Pfrigien, welcher der Mutter aller Götter, Cibele, gewidmet iſt, plur. Dindyma, orum.

Ismaurus, i, ein Berg in Thracien, allwo der Orpheus ſoll gewohnet haben, plur. Ismaura, orum.

 Mæna-

Mænalus, i, hohes Gebürge in Arkadien, plur. Mænala, orum.
Jocus, i, Scherz, plur. Joci, & Joca, orum.
Sibilus, i, Gezisch, plur. Sibili, & Sibila, orum.
Locus, i, Ort, plur. loca, orum. Loci, orum dicitur solùm technologicè.

II. Quædam sunt in Singulari Neutra, in Plurali Masculina, ut:
Cœlum, i, der Himmel, plur. Cœli, orum.
Argos, eos, vel i, eine berühmte Stadt in Griechenland, plur. Argi, Argorum.
Sunt quædam neutra, quæ pluralem habent masculinum, & neutrum, ut:
Capistrum, i, Halfter, plur. Capistri, vel a, orum:
Frenum, i, Zaum, Gebiß, plur. Freni, vel frena, orum.
Rastrum, i, der Rechen, die Ege, plur. Rastri, vel rastra, orum.

III. Quædam sunt in singulari fœminina, in plurali neutra, ut: Carbasus, i, Leinwand, oder Segel, plur. Carbasa, orum.
Pergamus, i, Schloß zu Troja, plur. Pergama, orum.
Supellex, -ctilis, Haußrath, plur. Supellectilia, ium.

Hie-

Hierosolyma, æ, Jerusalem, plur. Hierosolyma, orum.
Item Nomina Artium, ut: Rhetorica, æ, plur. Rhetorica, orum.

IV, Quædam sunt in singulari Neutra, in plurali Fœminina, ut:
Epulum, i, Mahlzeit, plur. Epulæ, arum.
Delicium, ii, Wollust, plur. Deliciæ, arum.
Balneum, i, Bad, oder Badstube, plur. Balnea, orum, & Balneæ, arum.



§. III.

De tertio, & quarto Attributo Nominis, seu de Casibus, & Declinationibus.

De Prima Declinatione.

Nomina primæ Declinationis exeunt in A, as, es, e.
Nomina exeuntia in A declinantur ut Musa.

Aliqua tamen in Dativo, & Ablativo plurali discrepant, & locò *is* terminantur in *Abus*, quæ ſequentibus verſiculis continentur.

1. Filia, 2. Nata, 3. Dea, & 4. Liberta, 5. Equa, 6. Mula, 7. Duæ, 8. Ambæ.
1, 2. Tochter. 3. Göttin. 4. Freygelassene. 5. Mutterpferd. 6. Mauleselin. 7. Zweye. 8. Beyde.

Adde 9. Animam, atque 10. Aſinam, 11. Sociam, 12. Servam, 13. Dominamque.
9. die Seele, 10. die Eselin; 11. eine Gesellin, 12. eine Magd, 13. eine Frau.

Veteres terminabant Genitivum ſingularem in *as*, unde hucusque in uſu eſt: Paterfamilias, der Haußvater; Materfamilias, die Haußfrau; Filius familias der Sohn vom Hause.

Aulai, Pictai, & his ſimiles interrogandi Caſus numeri ſingularis interdum apud Poëtas leguntur; nec hucusque hoc privilegio uti interdictum eſt.

Nomina exeuntia in *as*, vel ſunt Græca, vel Hebraica. Poſteriora declinantur ut Muſa. Sic Thomas, æ, am. Andreas, æ, am. Mathias, æ, am. Barrabas, æ, am. Græca autem hoc modo declinantur:

Nom. Æneas, *Gen.* Æneæ, *Dat.* Æneæ, *Accuſ.* Æneam, *Voc.* ô Ænea, *Abl.* ab Ænea.

No-

Nomina Græca desinentia in *es*, sic declinantur :

Nom. Ecclesiastes, *Gen.*. Ecclesiastæ, *Dat.* Ecclesiastæ, *Accus.* Ecclesiasten, *Voc.* ô Ecclesiaste, *Abl.* ab Ecclesiaste.

Nomina græca *e* litera terminata sic declinato :

Nom. Epitome, Auszug, kurzer Begrif. *Gen.* Epitomes, *Dat.* Epitome, *Accus.* Epitomen. *Voc.* ô Epitome, *Ablat.* ab Epitome.

In plurali omnia hujusmodi nomina græca Latinam sequuntur Declinationem ; imo & in| singulari, si *e* litera mutetur in *a*.

Vocativus in latinis nominibus similis est Nominativo, & Ablativus Dativo in numero plurali.

De Secunda Declinatione.

Nomina secundæ Declinationis exeunt in Nominativo in *er*, *ir*, *ur*, *us*, *um*. Desinentia in *er*, *ir*, *ur*, v.g. Faber, ri, der Schmied; Puer, i, der Knab ; Vir, i, der Mann ; Satur, i, Satt, mit Speisen angefüllt, declinantur, ut Liber, bri. Exeuntia in *us*, declinantur ut Dominus, i, terminata in *um*, declinantur ut Templum, i.

De

De Declinatione
Græcorum Nominum.

Græca Nomina *os* Syllaba terminata sic declinantur:

	Græce,	Latine
Nom.	Menelaos,	Menelaus.
Gen.	Menelai,	Menelai.
Dat.	Menelao,	Menelao.
Accu.	Menelaon,	Menelaum.
Voc.	ô Menelao,	o Menelae.
Ablat.	- - -	à Menelao.

Sic declinantur: Thimotheos, Pamphilos, Delos, Androgeos, Rhodos, Patmos, Lesbos, Abydos, Papyros; &c.

Nomina desinentia in *eus*, sic inflectuntur.

	Græce,	Latine,
Nom.	Orpheus,	Orpheus.
Gen.	Orpheos,	Orphei, vel Orphi.
Dat.	Orpheo,	Orpheo.
Acc.	Orphea,	Orpheum.
Voc.	ô Orpheu,	ô Orphee.
Abl.	- - -	ab Orpheo.

Sic declinantur Perseus, Nereus, Theseus, Achilleus, &c.

Neutra

Neutra desinentia in *on*, sic inflecte.

Græce,	Latine,	
N. Encomion, die Lobrede.	Encomium.	Ita declinantur Ilion, das Darmbein. Evangelion, das Evangelienbuch. Symbolon, das Wahrzeichen. Enchiridion, der Degengrief. Automaton, das Uhrwerk.
Gen. Encomii, - - -	Encomii	
Dat. Encomio, - - -	Encomio.	
Acc. Encomion, - - -	Encomium.	
Voc. ô Encomion, - - -	ô Encomium.	
Abl. - - - - - - -	ab Encomio.	

Nomina desinentia in Nominativo in *us*, terminant vocativum in *e*, ut Populus, das Volk, Popule. Latini tamen interdum vel Euphoniæ causa, vel Atticos imitando, Vocativum faciunt similem Nominativo, ut o Populus; o Fluvius; o Meus.

De tertia Declinatione.

Tertia Declinatio in Recto diverſas habet terminationes. Genitivus tamen Latinus ſemper *is* Syllaba terminatur. Quia autem hæc Declinatio plurimas habet obſervationes, neceſſarium eſt, de quolibet Caſu ſigillatim tractare.

Genitivus

Exit in *is*. Græca tamen Nomina, quibus Latini frequenter utuntur, terminant Genitivum in *is*, vel *os*, ut: Metamorphoſis, die Veränderung; Gen. Metamorphoſis, vel Metamorphoſeos. Poëſis, die Dichtkunſt; Poëſis, vel Poëſeos. Geneſis, die Erſchaffung, Geburt; Geneſis, vel Geneſeos. Paris ein Sohn Priami; Paridis, vel Paridos. Thetis, eine Waſſergöttin; Thetidis, vel Thetidos.

Græca *O* litera terminata, quamvis latine declinari poſſent, uſitatius tamen græce inflectuntur, & terminant Genitivum in *us*, ut: Clio, Genit. Clius. Manto, us. Echo, us. Sapho, us. Alecto, us. Erato, us. Reliqui caſus ſunt ſimiles Nominativo.

Ac-

Accusativus.

Exit in *em*, ut Sermonem, Unionem, Chlamydem.

Quædam habent Accusativum in *em*, vel *im*, ut: Clavis, der Schlüssel; clavem, vel clavim. Sementis, tis; Sementem, vel im. Febris, das Fieber; febrem, vel im. Aqualis, is, der Wassergang; Aqualem, vel im. Sic etiam Navis, das Schiff, Canabis, der Hanf. Puppis, das Hintertheil des Schifs, Vestis, das Kleid, Turris, der Thurm.

Quædam in *im* tantum, ut: Albis, die Elbe, Albim. Buris, is, die Pflugsterze, Burim. Cucumis, is, die Gurke, Cucumim. Si vero in Genitivo dicatur Cucumeris, habet Cucumerem. Pelvis, is, das Handbecken, Pelvim. Amussis, is, die Richtschnur. Ravis, is, die Heiserkeit. Mephitis, tis, der Gestank. Securis, is, das Beil. Sitis, is, der Durst. Tussis, is, der Husten. Vis, vis, die Gewalt, vim.

Græca exeuntia in *is*, in Genitivo non crescentia, habent Accusativum in *im*, vel *in*, ut: Synteresis, is, die Beurtheilung des Guten, und des Bösen im Thun, und Lassen, Synteresim, vel Synteresin. Genesis, is, Genesim, vel Genesin. Poesis, Poesim, vel Poesin. Ita etiam nomina græca exeuntia in *ys*, ut: Tho-

Thetys, Thetym, vel Thetyn. Cotys, cotym, vel Cotyn. Halys, Halym, vel Halyn.

Reliqua græca nomina, quæ non exeunt in *is* vel *ys*, terminant Accuſativum in *em*, vel *a*, ut Aer, aeris, die Luft, Aerem, vel Aera. Æther, is, der Himmel, Ætherem, vel Æthera. Crater, is, ein großer Becher, Craterem, vel Cratera. Calchas, tis, ein Griechiſcher Wahrſager, Calchantem, vel Calchanta.

Græca exeuntia in *is*, creſcentia in Genitivo, quadruplici gaudent Accuſativo, ut: Paris, Paridis, Paridem, Parida, Parim, vel Parin. Ita Daphnis, idis, der Name eines Hirtens. Iris, idis, der Regenbogen. Isis, idis, eine Aegyptiſche Göttin. Erymanthis, idis, Arkadien.

Vocativus.

Vocativus ſemper eſt idem Nominativo, tam in latinis, quam græcis dictionibus. Poëtæ autem in nominibus græcis deſinentibus in *as*, Genitivum habentibus in *antis*, & deſinentibus, in *is*, *ys*, *us*, abjiciunt in vocativo *s* nominativum terminans, ut: Calchas, o Calcha. Daphnis, o Daphni. Paris, o Pari. Thetys, o Thety. Melampus, ein Hund des Actæon, o Melampu.

Abla-

Ablativus.

Ablativus exit in *e*, ut Sermone, Dulcedine.

Exceptio I.

I. In *i* terminant Ablativum omnia neutra exeuntia in *al*, *ar*, *e*, ut Animal, is, animali. Bassar, is, Luchs, oder Fuchs-Balg, Bassari. Cubile, is, das Zimmer, Cubili. Præter Bacchar, is, das Zimmerkraut, Far, is, das Korn, Hepar, tis, die Leber, Jubar, is, der Glanz. Quæ *e* litera terminantur, ut: Bacchare, Fare, Hepate, Jubare.

II. Nomina Mensium *i* litera terminantur, ut: Aprilis, i. Quinctilis, Quinctili. Sextilis, sextili. September, septembri. October, bri. November, novembri. December, decembri.

III. Nomina Adjectiva duarum terminationum, habent Ablativum in *i*, ut: Elinguis, elingue, Stumm, elingui. Facilis, e, leicht, facili. Gracilis, gracile, geschmeidig, dünn, gracili.

IV. Omnia Nomina terminantia Accusativum in *im* vel *in*, ut: Hæmotosis, is, die Blutkochung, Hæmotosim, Hæmotosi.

Jalysis, is, der Bacchus, *Acc.* Jalysin, *Abl.* Jalysi. Lachesis, is, die Göttin des Lebens, *Acc.* Lacchesim, *Abl.* Lachesi.
His adde: Strigilis, is, der Striegel, strigili Canalis, is, der Waßergang, canali. Memor, is, ingedenk, memori. Immemor, is, vergeßend, immemori. Mugilis, is, ein Meerfisch, mugili. Plus, pluris, mehr, pluri. Et ea, quæ ex Adjectivis in Substantiva migrant, ut: Natalis, is, natali; Annalis, is, annali; Rivalis, is, der Mitbuhler, rivali; præter nomina propria hominum, ut: Felix, icis, Felice; Clemens, tis, Clemente.

Exceptio II.

I. Nomina terminantia Accusativum in *em*, vel *im*, terminant etiam Ablativum in *e*, vel *i*. Quibus adde sequentia: Affinis, is. Amnis, is. Artifex, icis. Anguis, is. Avis, is. Civis, is. Finis, is. Fustis, is. Ignis, is. Imber, bris, der Platzregen. Postis, is. Pugil, is. Rus, ruris, das Feld. Supellex, ctilis. Tridens, tis. Vectis, is. Vigil, is. Horum Ablativus in *e*, vel *i* desinit, ut Affinis, affine, vel affini; Avis, ave, vel avi; Finis, Fine, vel fini; Postis, poste, vel posti; Vectis, vecte, vel vecti. Tu te in adhibitione horum Ablativorum usui accommoda.

II.

II. Adjectiva omnis generis unam habentia terminationem Ablativum in *e*, vel *i*, finiunt, ut: Minax, acis, drohend, minace, vel minaci. Octipes, dis, achtfüßig, octipede, vel pedi. Præter Hoſpes, tis, Soſpes, itis; Senex, nis; Puber, is; Pauper, is; & Participia in *ans*, & *ens*, quæ *e* contenta ſunt.

Caſus multitudinis.

Nominativus.

Nominativus pluralis exit in *es*, ut Sermones.

Neutra autem terminantnr in *a*, ut Tempora.

Exceptio.

Neutra exeuntia in *al*, *ar*, *e*, finiunt Nominativum in *ia*, ut: Animal, animalia. Bovile der Kühſtall, bovilia. Calcar, is, der Sporn, calcaria.

Genitivus.

Genitivus pluralis exit in *um*, ut: Sermonum.

Exceptio I.

Nomina terminantia Ablativum in *i*, vel *e*, & *i*, habent Genitivum in *ium*, ut: Ecclipſis, ecclipſi, ecclipſium; Fortis, forti, fortium; Plus, pluri, plurium. Reliqua autem comparativa *um* contenta ſunt, ut: Sanctiorum, Breviorum, Feliciorum. Item ſequentia: Memor, memorum. Vigil, wachend, vigilum; Uber, überflüßig, uberum; Inops, arm, inopum; Supplex, bittend, ſupplicum; Dives reich, divitum.

Exceptio II.

Nomina exeuntia in *es*, vel *is*, numero Syllabarum in Nominativo & Genitivo ſingulari paria, genitivum pluralem pariunt in *ium*, ut Nubes, nubis, nubium; Hoſtis, is, hoſtium. Præter Canis, canis, Juvenis, Panis, Strigilis, Vates, quæ in *um* exeunt.

Exceptio III.

Monoſyllaba *ium* petunt, ut: Ars, artium; Cor, cordium; pars, partium. Præter Bos, quod habet boum. Crus, das Schin-

Schinbein, crurum. Lex, das Geboth, legum. Lynx, der Luchs, Lyncum. Dux, der Führer, Fürst, Ducum. Mos, die Gewohnheit, morum. Flos, die Blume, florum. Nux, die Nuß, nucum. Fur, der Dieb, furum. Pes, der Fuß, pedum. Ren, die Nieren, renum. Rex, der König, Regum. Splen, der Milz, splenum. Vox, die Stimme, vocum.

Exceptio IV.

Nomina singulari carentia, Genitivo in *ium* desinunt, ut: Mœnia, mœnium, die Schanzen. Tres, trium, drey. Manes, ium, Seelen der Verstorbenen etc. Præter Penates, Haußgötter; Lemures, Poltergeister; Proceres Hoffherren; Opes, Reichthum, & habent Genitivum in *um*.

Exceptio V.

Nomina exeuntia in *ns*, & *rs*, habent Genitivum in *ium*, ut Animans, animantium. Glans, dis, die Eichel, glandium. Quibus adde: Caro, das Fleisch, carnium; Linter, tris, das Kahnel, lintrium; Venter, tris, der Bauch, ventrium; Uter, utris, ein lederner Schlauch, utrium; Samnis, tis, ein Samniter, Samnitium.

 For-

Fornax, habet Genitivum in *um*, & *ium*, fonacum, vel fornacium; Palus, udis, Pfütz, Paludum, & Paludium.

Græca Nomina mutant *um*, in *on*, si græcè proferantur, sic loco Lampadum, dicitur Lampadon; locò Epigrammatum, epigrammaton.

Notandum

Genitivus pluralis admittere Syncopen apud Poëtas, sic loco Dominorum per Syncopen, seu abbreviationem Poëtæ dicunt Dominûm; locò Cælicolarum, cælicolum; Loco animantium, dicunt animantûm; & locò Sensuum, sensûm.

E contra, quæ genitivum in *um* pariunt, præcipue exeuntia in *ns*, apud Poëtas per Epenthesim, seu additionem, possunt proferri per *ium* ut locò Parentum, Parentium; locò Prudentum, Prudentium. Quædam verò per *uum*, ut Cælitum, cælituum; Alites, alitum, alituum.

Dativus pluralis, & Ablativus.

Dativus, & Ablativus pluralis exeunt in *ibus*, ut Sermonibus; excipitur Bos, bovis, & habet bobus, vel bubus.

Græca exeuntia in *ma* habent duplicem Dativum, & Ablativum, nempe in *atibus*, &

in

in *atis*,, ut: Comma habet commatibus, & commatis; Drama, atis, dramatibus, vel dramatis.

Accuſativus.

Accuſativus multitudinis exit in *es*, ut Sermones, Heroes.

Invenitur etiam apud Authores Accuſativus exiens in *is* vel *eis*, horum nominum, quorum Genitivus pluralis in *ium* terminatur, ut: Omnis, A*ccus*.omnes, omnis, vel omneis; Urbs, Urbes, vel Urbis, vel Urbeis; ſed primus præferendus eſt. Ceteroquin Accuſativus pluralis ſimilis eſt Nominativo in omni genere.

Græcus Accuſativus deſinit in *as*, ùt Delphinas, Tros, Troas, Drateras, *Orpheus in Sylvis, inter Delphinas Arion.* Virg.

De quarta Declinatione.

Quarta Declinatio inflectitur, ut Senſus, ſenſûs.

Dativus, & Ablativus multitudinis exit in *ibus* ut Senſibus; Sed dat *ubus* Artus, Acus, Quercus, Lacus, Specus, Arcus; Et tribus, & Partus. Portus dat *ibus*, dat *ubusque*.

Questus, itemque Veru, Ficus.
Specus, ûs eine Höhle est quartæ Declinationis, & terminat Dativum, & Ablativum in *ubus*. Dicitur autem etiam sub eadem significatione, Specus, speci; vel specus, specoris, & tunc inflectitur juxta exigentiam secundæ, vel tertiæ Declinationis.
Ficus sive arborem, sive pomum significet, est secundæ Declinationis, dicitur enim Ficus, fici. Si autem per quartam Declinationem inflectatur, terminat Dativum, & Ablativum pluralem in *ubus*.

De quinta Declinatione.

Nomina quintæ Declinationis carent plurali, præter Acies, Facies, Dies, Res, Species, Superficies.

De Declinatione Nominum Compositorum.

Nomina Composita ferme instar simplicium declinantur.
In Compositis tantùm Rectus, seu Nominativus declinatur, ut: Paterfamilias, Patrisfamilias, Patrifamilias. Jurisperitus, der

Rechts-

Rechtsgelehrte, Jurisperiti, Jurisperito. Ludimagiſter, Ludimagiſtri, Ludimagiſtro. Tribunusplebis, Tribuniplebis, Tribunoplebis. Senatusconſultum, Senatusconſulti, Senatusconſulto, der Rathſchluß. Plebiſcitum, Schåtzung des gemeinen Volks, Plebiſciti, Plebiſcito &c.

Si nomen ex duobus rectis copuletur, uterque declinatur, ut Respublica, das gemeine Weſen, Reipublicæ, Rempublicam, Rerumpublicarum. Jusjurandum, ein Eidſchwur, jurisjurandi, jurijurando. Excipitur, Leopardus, di, ein Leopard, oder Panterthier; Oluſatrum, oluſatri, Liebſteckel, wålſches Peterlein.

Alteruter, einer aus beyden, cujus poſterior pars tantum declinatur, excepto Genitivo ſingulari, qui utroque modo declinatur, Alterutrius, & Alteriusutrius.

Rosmarinus utroque modo declinatur; Rosmarinus, rosmarini, Roßmarin, & Rorismarini; Rosmarino, vel Rorimarino.

De Heteroclitis, ſeu Anomalis in Declinationibus, & Casibus.

Declinatione inæqualia, ſeu Anomala ſunt:

Vas, vasis, ein Faß; Numero Singulari est tertiæ Declinationis, plurali secundæ Vasa, vasorum. E contra, Jugerum, ri, ein Platz, welchen zwey Ochsen täglich ackern können, in Singulari secundæ est Declinationis, in Plurali tertiæ, Jugera jugerum. Interdum & *jugeris*, Genitivo Singulari, & *jugere* Ablativo legitur.

Anomala in Casibus.

Quædam non declinantur in Casus, ut: *Frugi*, *nihili*, *pondo*, *fas*, *nefas*, *Cete*, *Tempe*, *Ador*, & Numeralia à *quatuor usque ad centum*, & *mille Adjectivum.*

Quædam Vocativo carent, cujusmodi sunt Interrogativa, ut: *quis*, *qualis*. Relativa, *qui*, *quæ*, *quod*. Negativa, ut: *Nemo*, *nullus*. Participa pleraque, ut: *Quidam*, *alius*. Pronomina etiam (præter *Tu*, *meus*, *noster*, *nostras*) vocandi casu destituuntur.

Quædam nominandi, interrogandi, & accusandi casum tantûm habent, ut *Tantumdem*, *tantidem*.

Quædam Nominativum, & Vocativum tantum, ut *Jupiter*, *exspes*, Hofnunglos.

Quædam obliquos tantum, ut: *Jovis*, *Jovi*, *Jovem*, *Jove*.

Quæ-

Quædam tres obliquos tantum, ut: *Opis*, *opem*, *ope*. Hilfe.

Quædam duo tantùm, ut: Repetundarum, ab his Repetundis, die Forderung der entzogenen Güter.

Quædam unum, ut: *Inficias*, Läugnung, *Sponte*, freywillig. *De reliquis attributis*, nempe Comparatione, Figura, & Specie *abunde* in Principiis actum est.

De
secunda Parte Orationis, seu de Pronomine

Nihil Singulare occurrit; nam quod pleraque Vocativo careant, & quod Primitiva ejusdem sint generis, cujus sunt Nomina, locò quorum ponuntur, jam dictum est.

SE-

SECTIO II.

De Tertia parte Orationis, seu DE VERBO.

Attributa Verborum ſunt: *Numerus*, *Declinatio*, *Modus*, *Perſona*, *Figura*, *Species*. *De primis quatuor in Principiis ſufficienter dictum, nihil, niside Tempore enucleatius, de Figura, & Specie dicendum reſtat.*

§. I. De Figura.

Figura duplex eſt, ſimplex, ut: Amo, & compoſita, ut redamo. Conjuncta, ſeu compoſita fiunt vel ex duplici Verbo, ut calefacio, ich mache warm, caleſio, ich werde warm, frigefacio, ich mache kalt, frigeſio, ich werde kalt; patefacio, ich thue auf, offenbahre, pateſio, ich werde geoffenbahret, verrathen.

Vel

Vel ex nomine, & Verbo, ut multiplico, ich vervielfältige, vermehre; magnifico, ich mache groß; glorifico, ich rühme, ehre, verherrliche; beatifico, ich mache selig.

Vel ex Adverbio, & Verbo, ut benedico, ich benedeye; benefacio, ich erzeige eine Wohlthat, ich thue recht; maledico, ich vermaledeye.

Vel ex Præpositione una, & Verbo, ut antecello, ich gehe vor, übertreffe; contradico, ich widerspreche; decutio, ich schlage ab oder herunter.

Vel ex pluribus Præpositionibus, & Verbo, ut condescendo, ich gebe nach, ich gebe einem Beyfall, superinduco, ich führe oben darauf.

Composita quadrifariam conficiuntur.

I. In quibus nec præpositio mutatur, nec verbum, ut amitto, ich verliehre; abeo, ich gehe hinweg; abscondo, ich verberge; admitto, ich lasse zu.

II. In quibus præpositio mutatur verbo manente, ut colludo, ich spiele, oder scherze mit andern, ich mache mit andern eine heimliche Verständniß; illudo, ich spotte; sup-

ſuppono, ich lege unter; effero, ich trage hinaus, oder ich erhebe mit Lob.

III. In quibus manente præpoſitione integra verbum mutatur, ut dejicio, ich werfe herunter; disquiro, ich ſuche nach, erforſche fleißig; eximo, ich nehme aus; ſubigo, ich bezwinge, ich überwinde mit den Waffen.

IV. In quibus & præpoſitio, & verbum mutantur, ut colligo, ich klaube zuſammen; commendo, ich empfehle; efficio, ich würke aus, ich bringe zu Stande; aſſideo, ich ſitze dabey.

Præpoſitiones in Compoſitione immutabiles.

A, *Abs*, *De*, *Di*, *E*, *Inter*, *Præ*, *Pro*, *Re*, *Se*, *Subter*, *Super*. Hæ præpoſitiones, quæcunque verba præeant, manent integræ.

Præpoſitiones mutabiles.

Ab cum verbis Fero, & Fugio, *b* mutat in *u*, ut aufugio, ich fliehe, gehe durch; aufero, ich trage hinweg. In Præterito tamen dicitur abſtuli, & in Supino ablatum.

Ad præpoſitum verbis incipientibus â *c*, *g*, *p*, *r*, *t*, mutat *d*, in literam verbi inchoantem, ut accedo, ich trette herzu; aggredior, ich fange an, ich greife an; appono, ich setze hinzu; arripio, ich greife an; præter adrepo, ich kriche dazu; attendo, ich gebe obacht.

Ad Cum Verbis incipientibus â *sp*, vel *sc*, amittit *d*, ut aſpergo, ich besprenge; aſpernor, ich verachte; aſpicio; ich sehe an; aspiro, ich seufze; aſcendo, ich steige hinauf.

Ad Cum verbis incipientibus â *q*, mutat *d*, in *c*., ut acquiesco, ich bin zufrieden; acquiro, ich erlange.

Ad Cum verbis incipientibus ab *f*, vel *l*, eſt ſui juris, poteſt manere integrum, vel mutare *d*, in *f*, vel *l*, ut adfluo, vel affluo, ich habe einen Ueberfluß; adfero, vel affero, ich bringe herzu; adlicio, vel allicio, ich reize an; adlego vel allego, as, ich ziehe an, ich führe an. Adfero tamen habet in præterito attuli, & in ſupino allatum.

Ante alia Verba, quacunque literâ inchoata, manet *ad* integrum; attamen ante noſco, ich erkenne, & participium ex naſcor, natus *d*, mutatur in *g*, ut agnoſco, ich erkenne; agnatus, Blutsfreund.

Quam-

Quamvis viris literatis liceat ante verba incipientia a g, n, p, s, servare integram præpositionem *ad*, ut adgredior, adnecto, ich hange an, knüpfe an, ich binde an; adpono, ich setze zu; adsideo, ich sitze dabey; Tyronibus tamen nunquam liceat uti hoc privilegio, sed semper adstringantur ad serviendum Regulis.

Am præpositio græca, præposita verbo incipienti à vocalibus *i*, vel *u*, manet integra, interponitur autem litera *b* præpositionem inter, & verbum euphoniæ causa, ut ambigo, is, ich zweifle; amburo, ich brenne an, ich besenge, ich brenne um.

Circum semper manet integrum, præterquam in composito ex *eo*, ubi in omnibus temporibus, & personis incipientibus ab *i*, *m*, amittit, ut circumeo, ich gehe herum, circuis, circuit, circuibat, circuivit, circuire, &c. Ita etiam in derivatis, ut Circuitus, Umgang; Circuitio, das Umgehen.

Con amittit *n* ante verbum incipiens a vocali ut coacervo, ich hauffe zusammen, ich sammle; coëmo, ich kaufe zusammen, ich kaufe zugleich; coinquino, ich besudele, bemakele; cooperor, ich würke mit. Præpositum verbo uro, *n*, mutat in *m*, & *b* inter præpositionem, & verbum interpo-

nitur

nitur euphoniæ causâ, ut comburo, ich verbrenne.

Con cum verbis incipientibus, ab *e* & *r*, mutat *n* in *l*, vel *r*, ut colloquor, ich rede mit jemanden; corruo, ich falle zusammen.

Con cum verbis, quorum, prima littera est *b*, *m*, *p*, mutat *n* in *m*, ut combibo, ich trinke mit; compono, ich setze zusammen; commuto, ich verwechsle, ich verändere.

Dis cum verbo incipiente a litera *f*, mutat *s* in *f*, ut diffamo, ich verunehre, verkleinere; diffido, ich bin mißtrauend; diffundo, ich gieße aus, ich breite aus; differo, ich schiebe auf, ich bin unterschieden, ich bin strittig; distuli, dilatum.

Ex cum verbis inchoatis ab *f*, *x* mutat in *f*, ut efflagito, ich begehre ernstlich, ich bitte inständig; efflo, ich blase aus; effundo, ich gieße aus.

In cum verbis incipientibus a *b*, *m*, *p*, mutat *n*, in *m*, ut imbibo, ich trinke hinein, ich ziehe ein; immergo, ich tunke ein, ich tauche ein; impetro, ich erlange.

In cum verbis, quorum prima litera est *l*, vel *r*, *n* mutat in *l*, vel *r*, ut illaqueo, ich verstricke, ich fange mit Fallstricken; Irrideo, ich lache aus.

Ob præpositum verbo mitto, amittit *b*, omitto, ich lasse aus.

Ob ante verba a literis, *c*, *f*, *g*, *p*, inchoata mutat *b*, in *c*, vel *f*, vel *g*, vel *p*, ut occurro, ich komme entgegen; oggero, ich bitte dar; oppono, ich widersetze; offero, ich opfere, ich trage an. In præterito tamen, & supino manet *ob* integrum, obtuli, oblatum.

Sub verbis a *c*, *f*, *g*, incipientibus, *b* mutat in literam verbum inchoantem, ut succurro, ich komme zu Hilfe; suggero, ich reiche dar, ich gehe an die Hand; suffero, ich ertrage. In præterito autem habet sustuli, in supino sublatum.

Trans ante consonantem positum, amittit *ns*, ut trado, ich übergebe; trano, ich schiffe über; traduco, ich führe über, ich ziehe jemanden durch, ich höne aus; trajicio, ich führe hinieber, ich schieße durch. Ante *s* solum amittit *s*, ut transcendo, ich steige hinüber.

Si hæc præpositio, & reliquæ præcedentes, aliis, ac sic assignatis verbis copulentur, manent integræ.

Mu-

Mutabilitas Verborum.

A in e mutant Composita ex

Mando, ich befehle, cum præpoſitione *con*, *n* mutando in *m*, ut commendo, ich empfehle. Et præpoſitione *e* integra manente, ut emendo, ich verbeſſere.

Damno, ich verdamme, cum præpoſitione con integra manente, ut condemno, ich verdamme. Et derivata ex damno cum præpoſitione *in* integra manente, ut indemnis, ſchadlos, indemnitas, Schadloshaltung.

Halo, ich athme, ich gebe einen Geruch von mir, cum præpoſitione *am*, *m* mutando in *n*, ut anhelo, ich krechſe, ich erwarte etwas.

Patro, ich verübe, cum præpoſitione *in*, *n* mutante in *m*, ut impetro, ich erlange. Et cum præpoſitione *per*, ut perpetro, ich verübe, ich begehe.

Sacro, ich heilige, cum præpoſitionibus, *con* *ex*, *ob*, integris manentibus, ut conſecro, ich weyhe, ich heilige, ich opfere, exſecror, ſeu execror, ab obſoleto exſecro, ich verdamme, vermaledeye,

deye, ich verwünsche, obſecro, ich bitte.

Tracto, ich handle, ich gehe um mit einer Sache, ich bewirthe, gaſtire, cum præpoſitione *ad*, mutante *d*, in *t*, ut attrecto, ich rühre an. Et cum praepoſitionibus *con*, *de*, *ob*, manentibus integris, ut contrecto, ich rühre an, detrecto, ich ſchlage ab, ich weigere mich, ich widerſetze mich; obtrecto, ich verleumde, ich rede übel nach, ich läſtere.

Arceo, ich treibe ab, cum praepoſitione *con*, omiſſa litera *n*, ut coërceo, ich zäume, zwinge, ich halte zurück. Et cum praepoſitione *ex* manente integra, ut exerceo, ich übe mich.

Carpo, ich breche ab, ich tadle, ich ſchelte, cum praepoſitionibus, *de*, *dis*, *ex*, manentibus integris, ut decerpo, ich breche ab, diſcerpo, ich zerreiſſe, zertheile, excerpo, ich nehme aus, leſe aus, klaube aus.

Fallo, ich betrüge, cum praepoſitione *re*, ut refello, ich widerlege.

Farcio, ich ſtopfe voll an, cum praepoſitione *in*, ut infercio, ich ſtopfe voll an. Dicitur autem etiam infarcio.

Gra-

Gradior, ich gehe, cum praepositione *ad*, *d*, mutando in *g*, ut aggredior, & cum praepositionibus, *con*, *di*, *e*, *in*, *pro*, *re*, *trans*, manentibus integris, ut congredior, ich gehe zusammen, ich binde mit einem an; digredior, ich gehe weg, ich weiche ab; egredior, ich gehe hinaus; ingredior, ich gehe hinein; progredior, ich setze fort, ich gehe hervor; regredior, ich gehe zurück; transgredior, ich übertrete.

Patior, ich leide, cum praepositione *per* integra, ut perpetior, ich leide.

Partior, ich theile, cum praepositione *in*, *n* mutando in *m*, ut impertior, ich ertheile. Dicitur etiam impartior.

Scando, ich steige, cum praepositione *ad*, *d* amittente, ut ascendo, ich steige hinauf; descendo, ich steige herunter. Et cum praepositione *trans*, *s* literam amittente, ut transcendo, ich steige hinüber.

Spargo, ich streue, cum præpositione *ad*, *d* amittente, ut aspergo, ich besprenge, bespritze. Et cum præpositionibus *con*, *di*, *in*, *re*, manentibus integris, ut conspergo, inspergo, respergo,

 ich

ich besprenge; dispergo, ich zerstreue, verschwende.

Hæc Verba cum præpositionibus aliis, à supra assignatis, copulata retinent a.

A in i mutant Composita ex

Amico, ich mache Freunde, cum præpositione *in* manente integra, ut inimico, ich mache Feinde, & inimicor, ich habe Feindschaft.

Maneo, ich bleibe, cum præpositionibus *e*, *præ*, *pro*, & *in*, *n* mutante in *m*, ut emineo, ich übertreffe; immineo, ich stehe nahe; promineo, ich stehe vor; præmineo, ich übertreffe. Compositum ex præpositione *e*, & verbo maneo, si servet significationem verbi simplicis, servat *a*, ut emaneo, ich bleibe aus.

Taceo, ich schweige, cum præpositionibus *con*, *re*, integris manentibus, ut conticeo, ich schweige still; reticeo, ich verschweige.

Placeo, ich gefalle, cum præpositione *dis*, ut displiceo, ich mißfalle.

Habeo, ich habe, cum præpositionibus, *ad*, *ex*, *in*, *per*, *pro*, manentibus integris, ut adhibeo, ich gebrauche; exhibeo, ich erzeige; inhibeo, prohibeo, ich verbitte; perhibeo, ich gebe vor. Et cum præpositione *con*, *n* omittente, ut cohibeo, ich halte ein, & cum præpositione *re*, interposita litera *d*, ut redhibeo, ich gebe zuruck.

Lateo, ich liege verborgen, cum præpositione *de*, ut deliteo, & delitesco, ich verberge mich.

Fateor, ich bekenne, cum præpositionibus *con*, & *pro*, integris, & *dis*, *s*, mutando in *f*, ut diffiteor, ich läugne, confiteor, ich bekenne; profiteor, ich bekenne öffentlich.

Lacio, *verbo prisco*, ich reize an, betrüge, cum præpositione *e* & *pro*, integris, ut elicio, ich locke heraus; prolicio, ich flöße daher; ich locke hervor. Et cum præpositione *ad*, *d* mutando in *l*, ut allicio, ich locke, ich reitze an. Et cum præpositione *in*, *n* mutante in *l*, ut illicio, sich gebe Anlaß, ich reize. Et cum præpositione *per*, *r* mutante in *l*, ut pellicio, ich führe an mit betrüglichen Worten.

Jacio, ich werfe, cum præpositionibus integris, *ab*, *ad*, *con*, *circum*, *de*, *dis*, *e*, *inter*, *ob*, *pro*, *re*, *sub*, ut abjicio, ich werfe weg; adjicio, ich lege oder werfe hinzu; circumjicio, ich werfe herum; conjicio, ich werfe zusammen, ich errathe; dejicio, ich werfe herunter; disjicio, ich werfe vonsammen; ejicio, ich werfe hinaus; interjicio, ich werfe zwischen drein; objicio, ich werfe vor; projicio, ich werfe weg; trans amittit *ns*, ut trajicio, ich schieße durch, ich werfe hinüber, ich fahre hinüber.

Facio, ich mache, ich thue, cum præpositionibus, *con*, *de*, *in*, *inter*, *per*, *præ*, *pro*, *re*, integris, ut conficio, ich verfertige, ich vollende; deficio, ich nehme ab; inficio, ich stecke an; interficio, ich bringe um; perficio, ich verfertige; præficio, ich stelle jemanden vor; proficio, ich nehme zu; reficio, ich stärke, ich erquicke. Et cum præpositionibus, *ad*, *ex*, *ob*, *sub*, mutantibus ultimam literam in *f*, ut afficio, ich thue an; efficio, ich würke aus; officio, ich schade; sufficio, ich bin hinlänglich, ich besetze eine Stelle mit einem andern.

Sapio,

Sapio, ich habe ein guten Geschmack, ich bin klug, cum præpositionibus, *de*, *re*, integris, ut desipio, ich werde thöricht; resipio, vel resipisco, ich werde klug, ich gehe in mich, ich bessere mich. Etiam derivata ex sapio, & præpositione *in*, ut insipiens, toll, närrisch, thöricht, insipientia, Thorheit, Narrheit.

Rapio, ich reisse hinweg, cum præpositionibus, *ab*, *di*, *e*, *præ*, *pro*, manentibus integris, ut abripio, ich reisse ab; diripio, ich reisse hinweg, ich plündere, ich raube; eripio, ich reisse aus; præripio, ich nehme zuvoraus; proripio, ich mache mich auf. Et cum præpositionibus *ad*, *con*, *sub*, ultimam literam mutantibus in *r*, ut arripio, ich greife an; corripio, ich bestrafe, schelte; surripio, ich reisse weg. Dicitur etiam subripio.

Capio, ich fange, cum præpositionibus *con*, *de*, *ex*, *in*, *inter*, *per*, *præ*, *re*, manentibus integris, ut concipio, ich empfange; decipio, ich betrüge; excipio, ich nehme aus; incipio, ich fange an; intercipio, ich fange auf, ich erwische, ich ertappe; percipio, ich erhalte, empfange, übernehme; præcipio, ich befehle; recipio, ich neh-

me zuruck. Et cum præpositione *ad*, *d* mutante in *c*, ut accipio, ich nehme; & *sub*, *b*, mutante in *s*, ut suscipio, ich nehme an.

Cado, ich falle, cum præpositionibus, *con*, *ex*, *in*, *pro*, *re*, integris manentibus, ut concido, ich falle zusammen; excido, ich falle aus; incido, ich falle hinein; procido, ich falle nieder; recido, ich falle zuruck. Et cum præpositione, *ad*, & *ob*, ultimam literam mutante in *c*, ut accido, ich falle zu; accidit, es hat sich zugetragen; occido, ich gehe unter.

Ago, ich mache, ich thue, handle, cum præpositionibus, *ab*, *ad*, *ex*, *trans*, *sub*, manentibus integris, ut abigo, ich treibe hinweg; adigo, ich treibe an; exigo, ich begehre; subigo, ich unterwerfe; transigo, ich vergleiche mich in der Güte. Et cum præpositione *pro*, & *re*, interposita litera *d*, ut redigo, ich bringe zuruck; prodigo, ich verschwende.

Frango, ich breche, cum præpositionibus *con*, *in*, *per*, *re*, manentibus integris, ut confringo, ich breche zusammen, infringo, ich breche an; perfringo, ich breche durch; refringo, ich breche auf.

Et

Et cum praepositione *ex*, *x* mutante in *f*, ut effringo, ich breche aus.

Tango, ich rühre an, cum praepositionibus *con*, *ob*, *per*, integris manentibus, ut contingo, ich rühre an; obtingo, ich begegne, es widerfährt mir, plerumque impersonaliter adhibetur; pertingo, ich erreiche. Et cum praepositione *ad*, *d* mutante in *t*, ut attingo, ich rühre an, ich erreiche.

Pango, ich hefte, ich stecke ein, cum praepositionibus, *con*, *in*, *n* mutantibus in *m*, ut compingo, ich binde, ich hefte zusammen; impingo, ich stoße an.

Cano, ich singe, cum praepositionibus, *con*, *inter*, *præ*, *re*, manentibus integris, ut concino, ich singe mit; intercino, ich singe darzwischen; praecino, ich singe vor; recino, ich singe nach. Et cum praepositionibus, *ad*, *ob*, *sub*, ultimam literam mutantibus in *c*, ut accino, ich singe mit; occino, ich singe entgegen; succino, ich singe einem andern nach.

Salio, ich hüpfe, ich springe, cum praepositionibus *circum*, *con*, *de*, *in*, *præ*, *pro*, *re*, *sub*, *super*, manentibus integris,

ut circumſilio, ich ſpringe herum; conſilio, ich ſpringe mit; deſilio, ich ſpringe herunter; inſilio, ich ſpringe hinein, oder ich ſpringe auf; praeſilio, ich hüpfe vor, ich tanze vor; proſilio, ich ſpringe hervor; reſilio, ich ſpringe zuruck, ich ſtehe ab; ſubſilio, ich hupfe, ſuperſilio, ich ſpringe über. Et cum praepoſitione *trans* amittente *s*, ut tranſilio, ich ſpringe hinüber.

Statuo, ich ſetze, ich beſtimme, cum praepoſitionibus, *con*, *de*, *in*, *præ*, *pro*, *re*, *sub*, manentibus integris, ut conſtituo, ich beſtelle; inſtituo, ich ſetze ein, ich lehre; deſtituo, ich beraube, ich laſſe im Stich, ich verlaſſe; praeſtituo, ich ſetze voran; proſtituo, ich beſchäme; reſtituo, ich gebe zuruck, ſubſtituo, ich ſetze jemanden ſtatt eines andern ein.

A in u mutant Compoſita ex

Quatio, ich erſchüttere, ich bewege heftig, cum praepoſitionibus *con*, *de*, *dis*, *ex*, *in*, *per*, manentibus integris, ut concutio (loco *qu* ponitur *c*) ich ſchlage heftig, ich ſchlage zuſammen; decutio, ich ſchlage herab; diſcutio, ich zer-

ſchmet-

schmettere, ich erwäge, ich erforsche; excutio, ich schlage aus; incutio, ich schlage ein; percutio, ich schlage zu.

Salto, ich tanze, cum praepositionibus, *con*, *ex*, *in*, *per*, *præ*, *re*, *sub*, integris manentibus, ut consulto, ich berathschlage mich; exsulto, vel exulto, ich springe vor Freuden; insulto, ich spotte, poche, trotze; persulto, ich hupfe vor Freuden; praesulto, ich tanze vor. resulto, ich schnelle wider, ich thöne wider; subsulto, ich hupfe.

Calco, ich trete, cum praepositionibus, *con*, *in*, *pro*, integris manentibus, ut conculco, ich trete mit Füssen; inculco, ich trete ein, ich stampfe ein, ich knette ein, ich keile ein; proculco, ich trete mit Füssen.

Scalpo, ich kratze, schabe, scharre, cum praepositione *in* fit insculpo, ich präge ein.

E, in i, mutant Composita ex

Teneo, ich halte, cum praepositionibus *abs*, *con*, *de*, *dis*, *ob*, *per*, *re*, manentibus integris, ut abstineo, ich enthalte

mich

mich; contineo, ich fasse oder enthalte; detineo, ich halte auf; distineo, ich mache zu schaffen, ich halte auf, ich verhindere; obtineo, ich erhalte; pertineo, ich gehöre zu; retineo, ich halte zurück. Et cum praepositione *ad*, *d* mutante in *t*, ut attineo, ich gehöre darzu.

Sedeo, ich sitze, cum praepositionibus, *circum*, *con*, *dis*, *in*, *ob*, *per*, *præ*, *re*, manentibus integris, ut circumsideo, ich sitze herum, ich belägere; consideo, ich sitze mit; dissideo, ich widerstrebe; insideo, ich sitze darauf; obsideo, ich umgebe, ich belägere; persideo, ich sitze still; praesideo, ich stehe vor, oder habe den Vorsitz; resideo, ich bewohne. Et cum praepositione *ad*, *d* mutante in *s*, ut assideo, ich sitze dabey.

Rego, ich regire, ich herrsche, cum praepositionibus *di*, *e*, integris, ut dirigo, ich lenke, ich richte alles ein; erigo, ich richte auf. Et cum praepositione *ad*, *d* mutando in *r*, ut arrigo, ich muntere auf.

Lego, ich lese, cum praepositionibus, *de*, *e*, *se*, integris manentibus, ut deligo, ich lese aus, ich klaube aus; eligo, ich wähle

wähle ; seligo, ich wähle aus. Et praepositione *con*, *n* mutante in *l*, ut colligo, ich klaube zusammen.

Emo, ich kaufe, cum praepositionibus *ex*, *inter*, *per*, manentibus integris, ut eximo, ich nehme aus; interimo, perimo, ich bringe um, ich tödte. Et cum praepositionibus *a*, & *re*, integris, interposita inter praepositionem & verbum litera *d*, ut adimo, ich benehme; redimo, ich löse aus, ich erlöse.

Premo, ich drücke, cum praepositionibus, *de*, *ex*, *re*, manentibus integris, ut deprimo, ich unterdrücke; exprimo, ich spreche aus, ich drücke es aus; reprimo, ich halte ab, ich halte zuruck. Et cum praepositionibus *con*, & *in*, *n* mutantibus in *m*, ut comprimo, ich drücke zusammen; imprimo, ich drücke ein; Et cum praepositionibus *ob*, & *sub*, *b* mutando in *p*, ut opprimo, ich unterdrücke; supprimo, ich unterdrücke, ich vertusche, ich hinterhalte. Et cum praepositione *ad*, *d* mutante in *p*, ut apprimo, ich drücke auf.

Specio verbo prisco, ich sehe, cum praepositionibus *circum*, *con*, *de*, *di*, *in*, *per*,

pro

pro, *re*, manentibus integris, ut circumſpicio, ich ſehe herum; conſpicio, ich erſehe; deſpicio, ich verachte, diſpicio, ich ſehe vor, ich ſehe um mich hin, und her; inſpicio, ich ſehe ein; perſpicio, ich erkenne, ich ſehe durch; proſpicio, ich ſehe in die Weite, ich verſorge; reſpicio, ich ſehe zuruck, ich ſehe an mit Verehrung. Praepoſitiones *ad*, *sub*, & *trans*, junctae verbo ſpecio, amittunt ſui ultimam literam, ut aſpicio, ich ſehe an; ſuſpicio, ich ſehe über mich, ich habe einen Verdacht; tranſpicio, ich ſehe durch v.g. ein Glaß, oder Gitter.

U in e breve mutant Compoſita ex

Juro, ich ſchwöre, cum praepoſitionibus *de*, ut dejero, ich ſchwöre hoch; et *per*, abjecto *r*, ut pejero, ich ſchwöre falſch. Invenitur etiam in variis locis perjuro.

Æ in i longum mutant Compoſita ex

Cædo, ich ſchlage, ich ſtreiche, cum praepoſitionibus *circum*, *con*, *de*, *ex*, *in*, *præ*,

re

re, manentibus integris, ut circumcido, ich beschneide; concido, ich zerhaue, zerstücke, zerschneide; decido, ich haue ab, ich schneide ab, ich entscheide; excido, ich haue aus, ich haue aus dem Grunde; incido, ich haue ein; praecido, ich haue ab, schneide ab; recido, ich haue ab. Et cum praepositionibus *ob*, & *sub*, *b* mutando in *c*, ut occido, ich schlage todt; succido, ich schneide unten ab.

Lædo, ich verletze, cum praepositionibus *in*, *ad*, & *con*, ultimam literam mutantibus in *l*, ut allido, ich stoße an, ich prälle an; collido, ich stoße aneinander; illido, ich stoße an, ich schmeiße an. Et cum praepositione *e*, ut elido, ich stoße aus.

Quæro, ich suche, cum praepositionibus *con*, *dis*, *ex*, *in*, *per*, *re*, integris manentibus, ut conquiro, ich suche zusammen; disquiro, ich untersuche, erforsche fleißig; exquiro, ich suche aus; inquiro, ich untersuche, ich forsche nach; perquiro, ich suche durch; requiro, ich ersuche, ich begehre. Et cum praepositione *ad*, vel integra manente vel *d* in *c*, vel *n* mutante, ut adqui-

ro, vel acquiro, vel anquiro, ich erhalte, ich bekomme, ich erkundige mich.

Au, in o mutant Composita ex

Plaudo, ich frohlocke, cum praepositione *ex* integra, ut explodo, ich verjage mit Hohn, und Spott, ich lache aus, ich zische aus. Et cum praepositione *con*, *n* mutante in *m*, ut complodo, ich schlage die Hände zusammen mit Vergnügen, ich klatsche mit den Händen.

Au in u mutant Composita ex

Claudo, ich schliesse, cum praepositionibus, *circum*, *con*, *ex*, *in*, *præ*, *re*, integris manentibus, ut circumcludo, ich umschliesse allenthalben; concludo, ich schliesse zusammen; excludo, ich schliesse aus; includo, ich schliesse ein; praecludo, ich verschliesse, ich wehre den Zugang; recludo, ich schliesse auf. Et cum praepositione *ob*, *b* mutante in *c*, ut occludo, ich schliesse zu.

Au in e mutat unum Compositum ex

Audio, ich höre, cum praepositione *ob*, ut obedio, ich gehorsamme.

Notandum I. Non solum in compositione verborum fieri has mutationes, praepositionum, & verborum, sed etiam in nominibus substantivis, & Adjectivis derivatis ab hisce compositis, ut a consecro, consecratio; ab abstineo, abstinentia, abstinens; ab insulto, insultus; ab emineo, eminentia, eminens, eminentissimus.

Notandum II. Enumerata verba mutabilia, vel non copulantur cum aliis praepositionibus praeterquam hic assignatis, vel si copulentur, servant primam positionem verbi.

Notandum III. Composita, quae mutant *a* in *i*, sive *e*, in supino habent *e*, ut jacio, jactum; rejicio, rejectum; spargo sparsum,

conſpergo, conſperſum. Reliqua *go* ſyllaba finita, & compoſita ex *Cado* retinent *a*, ut ago actum, redigo redactum; Frango fractum, infringo infractum; tango tactum, attingo attactum; pango pactum, compingo, compactum; cado, caſum, occido occaſum. Compoſita autem ex habeo, habent *i*, ut habeo, habitum, exhibeo exhibitum. Compoſita ex ſalio habent *u*, ut ſalio ſaltum, inſilio inſultum. Ita etiam ex ſtatuo, ut ſtatuo ſtatutum, reſtituo reſtitutum. Compoſita ex ſapio, carent ſupino.

De

§. II.

De attributo Temporis, seu de Verborum Præteritis & Supinis.

Propria ſimplicibus dictatur regula Verbis.

Simplicium Leges, ferme conjuncta ſequuntur.

PRIMA CONJUGATIO.

Præteritum Primæ facit avi, atumque ſupinum.

Verba primæ Conjugationis finiunt

Præteritum in *avi*, & supinum in *atum*, ut amo, as, amavi, amatum.

Sic neco, nam necui nectum sibi pignora servant.

Neco, as, ich tödte, in præterito habet necavi, in supino necatum.

Composita autem ex neco, terminant præteritum in *ui*, & supinum in *ectum*, ut eneco, ich bringe um, enecui, enectum; interneco, ich tödte, ich bringe um, internecui, internectum.

Exceptiones.

At Cubui, Domui, Crepui, Vetuique Supina,

Dant in itum, ut Cubitum: hæc Tonui, Sonuique sequuntur.

Cubo, as, ich liege, domo, as, ich zähme, crepo, as, ich krache, ich berste; veto, as, ich verbitte; tono, as, ich donnere, ich töne; sono, as, ich klinge; terminant præteritum in *ui*, & supinum in *itum*.

Discrepo, as, ich stimme nicht überein, habet apud Ciceronem discrepavi, atum; apud Horatium

ratium autem discrepui, discrepitum, quod usitatius est.

M, Cubo cum recipit, tantum tibi Tertia flectit.

Quæ ex verbo *cubo* componuntur, si literam *m* admittunt, tertiæ sunt conjugationis, ut accumbo, ich sitze zu Tische, ich sitze jemanden an der Seite; procumbo, ich falle nieder, ich lege mich nieder.

Ast m expungitur, Præteritis atque Supinis.

Hæc verba, in præteritis, & supinis rursus amittunt *m*, ut accubui, accubitum; procubui, procubitum. Non tamen, prout cuique libuerit, licet literam *m* addere, vel adimere, ut enim discumbo, ich setze mich zu Tisch; succumbo, ich unterliege, semper eam retinent, ita excubo, ich wache; secubo, ich schlafe allein; supercubo, ich liege auf etwas, semper eam respuunt, cætera, & admittunt, & abjiciunt. Decumbo, ich liege krank; accumbo, & procumbo rarissimè sine *m*, reperiuntur.

Dimicat avi, atum, micui nil amplius optat.

Mico, as, ich glänze, præteritum finit in *ui*, supino caret: ita etiam composita servantia significationem simplicis, ut emico, hervorschiessen, hervorleuchten, oder schimmern; & præmico, as, ich glänze sehr, dimico, as, ich streite, habet dimicavi, dimicatum.

A Fricui frictum, a secui deducito sectum.

Frico, as, ich kratze, habet in præterito fricui, in supino frictum; seco, as, ich haue, ich zertheile, finit præteritum in *ui*, ut secui, & supinum in *ectum*, ut sectum.

A Lavi lotum, lautum, nec sperne lavatum.

Lavo, as, ich wasche, præterito *lavi*, contentum est; supinis autem pluribus gaudet, dicitur enim lotum, lautum, & lavatum. Lautum usui subtractum est.

Ex

Ex ſavo compoſitum, seu diluo
Tertia flectit.

Compoſita ex lavo pertinent ad tertiam conjugationem, & formant præteritum in *ui*, & ſupinum in *utum*, ut, abluo, is, ere, ich wasche ab, ablui, ablutum; diluo, is, ere, ich wasche aus; dilui, dilutum; eluo, is, ere, ich wasche aus, elui, elutum; alluo, ich flisse an; reluo, ich löse das Verpfändete aus, habent in præterito lui, absque ſupino.

Potatum a Poto, ſeu potum flecte
Supinum.

Poto, as, ich trinke, præterito facit potavi, ſupino potatum, vel potum.

A Juvo juvi, sed capies a prole
Supinum.

Juvo, as, ich helfe, præterito habet juvi absque ſupino; adjuvo, ich helfe, compoſitum & præterito & ſupino gaudet adjuvi, adjutum. Iſtud compoſitum

positum in necessitate solet adjuvare verbum simplex.

Dat Plicui, plicitum, Compostum poscit utrumque.

Plico, as, ich falte, ich bringe in die Falten, præteritum finit in *ui*, supinum in *itum*. Composita sequuntur generalem regulam per *avi*, *atum*; partim legem Verbi simplicis per *ui*, *itum*. Ad tollendam omnem ambiguitatem pono composita omnia juxta ordinem: Applico, as, ich lände ein Schiff an, applicui, applicitum; applico, ich lege mich auf etwas, ich lege an, applicavi, applicatum; complico, as, ich lege, wickle, oder falte zusammen, *ui*, & *itum*, vel *avi*, *atum*; explico, as, ich wickle vonsammen, ich falte von einander, explicui, explicitum; explico, ich erkläre, explicavi, explicatum; implico, as, ich wickle ein, *ui*, *itum*, vel *avi*, *atum*; replico, as, ich wickle auf in *ui*, & *itum*, vel *avi*, *atum*. Alterum usitatius est.

Sup-

Supplicat, avi, atum, genitumque ex nomine ſolum.

Supplico, as, ich bitte demüthig, & omnia compoſita, quæ ex aliquo nomine, & verbo plico copulantur, finiunt præteritum in *avi*, tantum, & ſupinum in *atum* tantum, ut duplico, as, ich verdopele; triplico, ich mache dreyfach; multiplico, ich vermehre.

Do dedit, atque datum.

Do, as, ich gebe, facit in præterito dedi, & in ſupino datum.

. . . . Verum didit omne ditumque.

Exigit, ut Vendo, Trado, quod Tertia flectit.

Compoſita ex Do, as, quæ fiunt tertiæ Conjugationis (fiunt autem omnia praeter venundo, as, ich verkaufe, circumdo, as, ich umgebe; peſſumdo, as, ich verderbe, trete mit Füſſen; &

ſatisdo,


ſatisdo, as, ich thue genug) terminant praeteritum in *didi*, ſupinum in *ditum*, ut vendo, is, ich verkaufe; trado is, ich übergebe, ich überantworte; vendidi, venditum; tradidi, traditum.

A Sto, flecte ſteti, ſtatum; ſtiti at inde profecta,

Atque ſtitum cupiunt multa, sed crebrius atum.

Sto, as, ich ſtehe, in praeterito habet ſteti, in ſupino ſtatum. Compoſita autem ex *ſto*, finiunt praeteritum in ſtiti, & ſupinum in *ſtitum*, & *ſtatum*.

Hic variant Authores. Quidam patrocinantur ſupino ſtitum; alii supino ſtatum. Quis horum ſequendus ſit, uſus conſulatur.



SECUNDA CONJUGATIO.

Altera præteritis dat *ui*, dat *itumque* supinis.

Verba

Verba secundae conjugationis formant praeteritum in *ui*, supinum in *itum*, ut aberceo, aberces, ich halte ab, ich treibe von dannen, abercui, abercitum; moneo, es, ich mahne, monui, monitum; taceo, es, ich schweige; tacui, tacitum. Composita tamen ex taceo, ut conticeo, es, ich schweige mit, et reticeo, es, ich verschweige, carent supino.

Exceptio I.

Verborum, quæ in supino tantum, a communi regula discrepant.

Torreo præterito dat *ui*, tostumque supino.

Torreo, ich dörre, ich härte, exit quidem in præterito in *ui*, in supino autem dicitur tostum.

Sorbeo cum Sociis dat *ui*, tamen absque supino.

Sorbeo, ich ſuppe, & compoſita ex ſorbeo ſervant præteritum regulæ communis in *ui*. Supino autem carent.

Noſtris temporibus à Viris non poſtremæ authoritatis, Lucanum imitantibus, adhibetur præteritum *ſorpsi*, *absorpsi*, cum ſupino *absorptum*, ab obſoleto, verbo ſorbo, is, ere. Abſorpſit penitus rupes, & tecta ferarum. Lucan.

A Doceo, doctum, a Teneo deducito tentum.

Doceo, es, ich lehre, facit in præterito docui, in ſupino doctum. Teneo, es, ich halte, præteritum in *ui*, in ſupino autem dicitur tentum.

Cenſeo fert cenſum. Miſtum tibi Misceo donat.

Cenſeo, es, ich vermeyne, ich halte dafür, ich ſchätze, in præterito facit cenſui, in ſupino cenſum. Cenſio, is, ire, ver-

bum

bum priscum ſub eadem ſignificatione, fuit quartæ conjugationis, unde censio Meynung, Schätzung, nomen verbale, & Censitor Einnehmer der Schatzungen, & ex compoſito participium præteriti temporis Recenſitus, gezehlter, gemuſterter, etiam nunc exſtant. Misceo, es, ich miſche, habet in præterito *ui*, in ſupino miſtum.

Quod dat *ui* neutrum, Timeoque carento supinis.

Neutra finientia præteritum in *ui*, carent ſupino, ut timeo, es, ich förchte, timui; arceo, es, ich treibe ab, hinweg, arcui. Compoſita tamen ex arceo, quia fiunt activa habent & præteritum, & ſupinum, ut exerceo, es, ich treibe, ich übe, exercui, exercitum; coërceo, es, ich bezwinge, coërcui, coërcitum.

Exceptio contra Exceptionem.

Poscit *itum* Valeo, Careo, Placeoque, Doletque.

Et

Et Jaceo. Caleo, Noceo, cum Pareo junges.

Sequentia Neutra : Valeo, es, ich vermag, ich bin gesund ; Careo, es, ich leide einen Mangel ; Placeo, es, ich gefalle ; Doleo, es, ich traure, ich trage Leid ; Jaceo, es, ich lige ; Caleo, es, ich bin warm ; Noceo, es, ich schade ; Pareo, es, ich gehorche ; habent & præteritum, & supinum, ut Valeo, valui, valitum ; Placeo, placui, placitum ; Jaceo, jacui, jacitum ; Noceo, nocui, nocitum, &c. Quibus adde Coaleo, es, ich wachse zusammen.

Exceptio II.

Verborum, quæ in præterito, & in supino a communi regula recedunt.

Dant *di*, *sum*, Video, Sedeo, cum Prandeo : Verum

S geminat sessum ; Stridi nil postulat ultra.

Video

Video, es, ich sehe, habet in præterito vidi, in supino visum; Sedeo, es, ich sitze, habet in præterito sedi, in supino sessum, cum duplici *s*. Prandeo, es, ich esse zu Mittag, habet in præterito prandi, in supino pransum; Strideo, es, ich kirre, in præterito facit stridi, supino caret.

Mordeo præterito geminato flecte momordi,

Morsum: sic Spondet, Tondet, sic Pendeo flectes.

Mordeo, es, ich beisse, geminatâ primâ syllabâ, habet in præterito momordi, in supino morsum. Sic etiam Spondeo, es, ich gelobe, ich stehe dafür, ich verspreche, facit in præterito spopondi, in supino sponsum; Tondeo, es, ich scheere, totondi, tonsum; Pendeo, es, ich hange, pependi, pensum.

Mansi dat mansum; minui sed Præminet optat.

Pro-

Prominet, Immineo, simul Eminet absque supino.

Maneo, es, ich bleibe, habet in præterito mansi, in ſupino manſum. Compoſita ex maneo mutantia ſignificationem verbi ſimplicis, finiunt præteritum in *ui*, & ſupino carent, ut Præmineo, es, ich übertreffe, præminui; Promineo, es, ich rage hervor, prominui; Immineo, es, ich ſtehe nahe zu, imminui; Emineo, es, ich gehe, oder ſtehe voraus, eminui.

Hæreo dat *si*, *sum*, cum Suadet, Mulcet, & Ardet.

Tergeo cum Mulget, Ridet, sed Torqueo tortum.

Hæreo, es, ich ſtehe an, ich zweifle, ich bin noch nicht entſchloſſen, terminat præteritum in *si*, ut hæsi, & ſupinum in *sum*, ut hæsum. Et ita ſequentia verba: Suadeo, es, ich rathe, ſuasi, ſuaſum; Mulceo, es, ich ſtreichle, mulsi, mulſum; Ardeo, es, ich brenne, arsi, arsum; Tergeo, es, ich wiſche ab, tersi, tersum.

Tersco invenitur apud Authores secundæ conjugationis, nunc autem transiit in tertiam, & dicitur, Tergo, is, ere, tersi, tersum.

Mulgeo, es, ich melke, mulsi, mulsum. Mulceo, & Mulgeo, conveniunt in præterito & Supino.

Rideo, es, ich lache, risi, risum. Torqueo, es, ich drehe, ich peinige, ich quäle, in præterito quidem habet torsi, sed in supino tortum.

S Jussi, jussum geminat; Indulgeo *si*, *tum*.

Jubeo, es, ich schaffe, ich befehle, habet in præterito jussi, in supino jussum, utrumque cum duplici *s*; Indulgeo, es, ich verwillige, ich erlaube, ich lasse nach, indulsi, indultum.

Urgeo *si* tantum, cum Fulget, Turget, & Alget.

Urgeo, es, ich treibe an; Fulgeo, es, ich glänze; Turgeo, es, ich bin aufgeblasen; Algeo, es, ich friere, ich erkalte, hæc verba habent præteritum in *si*, sed supino carent. Sic Urgeo, ursi;

Fulgeo, fulsi; Turgeo, tursi; Algeo, alsi.

Lugeo fert luxi, jam pridem quæro supinum.

Lugeo, es, ich trage Leid, ich traure, facit in præterito luxi, sed absque ſupino.

Videtur tamen quondam *Luctum* habuiſſe in ſupino, ut ex derivatis *Luctus*, die Trauer, *Luctuoſus*, kläglich, ſuspicari licet.

Luceo duntaxat luxi, sic Frigeo, frixi.

Luceo, es, ich leuchte, æque habet, ut Lugeo in præterito luxi, & Frigeo, ich friere, frixi, ſed utrumque absque ſupino.

Augeo præterito facit auxi, auctumque supino.

Augeo, es, ich vermehre, habet in præterito auxi, in ſupino auctum.

Evi

Evi, *etum*, Vieo, Flet, Net, cum Deleo quæque,

A Pleo nascuntur, Repleò, ceu Suppleo, Complet.

Vieo, es, ich binde; Fleo, es, ich weine; Neo, es, ich nähe, ich spinne; Deleo, ich lösche aus, finiunt præteritum in *evi*, & supinum in *etum*, ut vievi, vietum; delevi, deletum. Desinentia in *pleo* similiter finiunt præteritum in *evi*, & supinum in *etum*, ut Compleò, es, ich erfülle, mache vollkommen, complevi, completum; expleo, es, ich fülle aus, explevi, expletum; Impleo, es, ich fülle ein, implevi, impletum; Oppleo, es, ich überschütte, opplevi, oppletum; Repleo, es, ich fülle voll, replevi, repletum; Suppleo, ich ersetze, supplevi, suppletum.

Civi sume citum, quartæ sed pignora redde.

Cieo, es, ich bewege, in præterito facit *civi*, in supino citum. Composita ex

Cieo fiunt quartæ conjugationis, ſub eodem præterito, & ſupino, ut accio, is, ire, ich beruffe, accivi, accitum,

Nunc Oleo, dat *ui*, dat *itum*, sic pignora Patris,

Quæ ſervant sensum: *evi*, *etum* fert cætera proles.

Oleo, es, ich rieche, ich gebe einen Geruch, olui, olitum. Apud priſcos etiam olevi, oletum. Quatuor compoſita retinent ſignificationem, & præteritum ſimplicis, ut:
Oboleo, es, ich rieche entgegen, obolui, obolitum.
Peroleo, es, ich rieche ſtark, perolui, perolitum.
Redoleo, es, ich rieche nach etwas, redolui, redolitum.
Suboleo, ich rieche ein wenig, ſubolui, ſubolitum.
Significant iſta omnia odorem emittere, non recipere.
Reliqua compoſita ſignificationem, & præteritum ſimplicis mutant, ut aboleo, es, ich ſchaffe ab, ich vertilge, abolevi, abolitum.

Ado-

Adoleo, es, ich zünde an, ich opfere, adolevi, vel adolui.
Adoleo, es, vel potius adolesco, is, ich wachse auf, adolevi, adultum.
Exoleo, es, ich veralte, ich verrieche, exolevi, exoletum.
Obſoleo, es, ich veralte, ich bin nicht mehr im Brauch, obſolevi, obſoletum.
Inoleo, es, ich bekleibe, ich wachse an, inolevi ſine ſupino.

Verum pro Exoleo, es, Obſoleo, es, Inoleo, es, utimur inchoativis: Exolesco, is, Inolesco, is.

Ex *veo* fit *vi*, *tum*. Moveo, Foveoque fatentur.

Verba ſyllabis *veo* terminata, finiunt præteritum in *vi*, & ſupinum in *tum*, ut Moveo, es, ich bewege, movi, motum; Foveo, es, ich halte warm, fovi, fotum.

A Caveo cautum, a Foveo deducito fautum.

Caveo, es, ich meide, habet in præterito cavi, in ſupino cautum; Faveo, es,

ich gönne, habet in præterito favi, in ſupino fautum.

Vi neutrum tantum poſcit, ceu Flaveo, Livet.

Et Paveo, Fervet, Connivi hoc, poſtulat & *xi*.

Verba neutra, in *veo* deſinentia, præteritum finiunt in *vi*, ſed ſupino carent, ut Flaveo, es, vel flavesco, is, ich werde gelb, flavi; Liveo, es, ich werde blau, oder ſchwarz bleich, livi; Paveo, es, ich förchte, pavi; Ferveo, es, ich bin hitzig, fervi, vel ferbui, a prisco fervo, is; Conniveo, es, ich mache die Augen auf und zu, ich ſehe durch die Finger, habet in præterito connivi, & connixi; Aveo, es, ich begehre, & præterito, & ſupino caret, ſicut & moereo, ich bin traurig.

Audeo nunc ausus, gavisus Gaudeo poscit.

Et solitus Soleo, neutro passiva vocata.

Audeo, es, ich darf, habet in præterito ausus sum; sic gaudeo, es, ich erfreue mich, gavisus sum; & Soleo, es, solitus sum, ich pflege es zu thun, ich thue es gewöhnlich.

De Deponentibus.

Deponentia primæ conjugationis formant præteritum a ficta voce Activa, ut conor a cono, as, are, conavi, conatum; cum autem Deponentia secundæ conjugationis infallibile, & ad certam regulam revocabile præteritum a ficta voce activa formare nequeant: censui omnia juxta ordinem hic, cum suis præteritis esse apponenda.

Fateor, eris, ich bekenne, fassus sum.
Confiteor, ich bekenne, ich beichte, confessus sum.
Profiteor, ich bekenne heraus, professus sum.
Liceor, ich biete darauf, licitus sum, *est emptoris.*
Polliceor, ich verheisse, pollicitus sum.
Medeor, ich heile, caret præterito.
Misereor, ich erbarme mich, misertus sum.
Mereor, ich verdiene, meritus sum, vel merui ab antiquo mereo.
Reor, ich achte dafür, ratus sum.
Tueor, ich sehe, ich beschütze, ich erhalte, tuitus sum.
Intueor, ich sehe an, intuitus sum.
Vereor, ich besorge mich, veritus sum.

De Impersonalibus.

Libet, es gelüstet; Licet, es ist erlaubt; Piget, es verdrüßt; Pudet, es schämt; Placet, es gefällt, duplex præteritum habent libuit, libitum est; Licuit, licitum est; piguit, pigitum est; puduit, puditum est; placuit, placitum est. Miseret, es erbarmet, misertum est; Tædet, vel potius pertædet

tædet

tædet es verdrüßt, pertæſum eſt; Pœnitet, es reuet, tantum pœnituit habet.



TERTIA CONJUGATIO.

Verba deſinentia in *io.*

Poſtulat, in *ſpicio*, aut *licio* quod deſinit *exi*,

***Ectum*, ut Conſpicio, Allicio, tamen Elicit optat.**

Elicui, elicitum.

Verba deſinentia in *ſpicio & licio*, terminant præteritum in *exi*, & ſupinum in *ectum*, ut conſpicio, ich ſehe, conſpexi, conſpectum; Allicio, ich reize an, allexi, allectum; Elicio, ich locke aus, excipitur, & habet in præterito elicui, in ſupino elicitum.

- - - - - A Feci deducito factum.

Facio, ich mache, habet in praeterito feci, in supino factum.

A Jeci jactum: dat Fodi s duplice fossum.

Jacio, is, ich werfe, habet in præterito jeci, in supino jactum; Fodio, is, ere, ich grabe, habet in præterito fodi, in supino fossum cum duplici s.

Vult Fugi, fugitum: Sapui, sapiique; nec ultra

Progreditur sapio.

Fugio, is, ere, ich lauffe weg, ich fliehe, habet in præterito fugi, in supino fugitum; Sapio, is, ere, ich schmecke, habet in præterito sapui.

Quando significat Sapio, ich bin klug, tunc ei tribuitur præteritum sapii, sed plerique indiscriminatim utroque utuntur præterito. Supinum non invenitur.

Cu-

- - - - Cupio *ivi* gignit, & itum.

Cupio, is, ere, ich begehre, in præterito facit cupivi, in supino cupitum.

Dat Capio, cepi, captum, sed Cœpio priscum,

Fert cœpi cœptum.

Capio, is, ere, ich fange, habet in præterito cepi, in supino captum. Cœpio, ich fange an, exolevit, reliquit tamen præteritum, & supinum post se, nempe cœpi, cœptum.

- - - - - A Rapui, deducito raptum.

Rapio, is, ere, ich reisse hinweg, facit in præterito rapui, & in supino raptum,

Dat Peperi, partum, aut paritum, nec pignora quære.

Pario, is, ere, habet in præterito peperi, in supino partum, vel paritum.

Com-

Compoſitum ex pario, nullum invenio, nam Aperio, Operio, Comperio, Reperio, quartæ conjugationis sunt compoſita ex inuſitato verbo *Perio*, quod idem eſt ac *Tento*, nec etiam Pario in numero Verborum *a* in *e* mutantium reperitur.

Fert Quatio quaſsum: quasſi nunc reſpuit uſus,
Sed cuſſi, cuſſum a Quatio compoſta requirunt.

Quatio, is, ere, ich bewege hefftig, ich zerſchmettere, habuit apud priscos quasſi, hic et nunc hoc præteritum non eſt in uſu, bene verò supinum; hinc participium Quaſſus, a, um; compoſita tamen ex quatio, mutant *quatio*, in *cutio*, ut *con*, & *quatio*, concutio, *per* & *quatio*, percutio, &c. hæc compoſita deſinunt in præterito in *cusſi*, & in ſupino in *cuſſum*, utrumque cum duplici *s*, ut concuſſi, concuſſum, percuſſi, percuſſum.

Ver-

Verba desinentia in *uo*.

Rite *uo* poscit *ui*, ac *utum*, sit Diluo testis.

Verba desinentia in *uo*, faciunt in præterito *ui*, in supino *utum*, ut Diluo, dilui, dilutum. Acuo, ich schleiffe, schärfe, wetze, spitze, acui, acutum. Arguo, ich beschuldige, argui, argutum. Redarguo, ich strafe mit Worten, ich schelte, redargui, redargutum. Exuo, ich ziehe aus, exui, exutum. Induo, ich ziehe an, indui, indutum. Polluo, ich besudle, beflecke, pollui, pollutum. Minuo, ich verringere, minui, minutum. Sternuo, ich niese, sternui, sternutum. Suo, ich nähe, flicke, sui, sutum. Spuo, ich speye, spui, sputum. Tribuo, ich gebe, ertheile, tribui, tributum.

Congruo, nulla Luo, Metuoque, pluoque supina.

Annuo cum sociis, Batuo, Ingruo, Respuo gignunt.

Congruo, ich stimme zu; Luo, ich leide, büsse;

büsse; Metuo, ich förchte; Pluo, ich regne; Annuo, ich verwillige mit Winken des Hauptes von oben herunter, reliqua composita ex Nuo, ut Renuo, ich deute mit dem Schütteln des Hauptes, daß ich nicht verlange; Innuo, ich winke; Batuo, ich schlage; Ingruo, ich falle ungestümmlich an; Respuo, ich verwerfe, carent supinis. Abnuo, ich verwillige nicht, mit Wendung des Hauptes von der linken, auf die rechte Seite, invenitur cum præterito, abnui, & supino abnutum.

Exceptio.

A Ruo dic ruitum; sed *utum* dant pignora tantum.

Ruo, ich falle mit Ungestümm, ich stürze, in præterito quidem facit rui, sed in supino ruitum. Composita autem habent *utum*, ut Corruo, ich falle zusammen; Diruo, ich reisse ein, dirui, dirutum; Eruo, ich reisse heraus, ich bringe herfür, erui, erutum; Irruo, ich überfalle, irrui, irrutum; Obruo, ich überschütte, bedecke, obrui, obrutum. Proruo, ich werfe nieder,

ver-

verwüste; Subruo, ich untergrabe, subrui, subrutum.

A struxi structum, a Fluxi deducito fluxum.

Struo, ich baue auf, facit in præterito struxi, in supino structum; Fluo, ich fliesse, fluxi, fluxum.

Verba desinentia in *bo*.

Bo dat *bi*, dat *itum*, Scabo, Lambo, carento supinis.

Verba desinentia in *bo*, exeunt in præterito in *bi*, & in supino in *itum*, ut Bibo, ich trinke, bibi, bibitum. Scabo, ich kratze, habet scabi, & Lambo, ich lecke, lambi, sed utrumque supino caret.

Exceptio.

A scripsi scriptum, a Nupsi deducito nuptum.

Scribo, ich schreibe, habet in præterito scripsi,

ſcripſi, in ſupino ſcriptum, & Nubo, ich nehme einen Mann, nupsi, nuptum. Dicitur etiam loco nupsi, nupta ſum.

Verba *Co* Syllaba finita.

Ici fert ictum, a Duxi depromito ductum.

Ico, is, ere, ich ſchlage, facit in præterito ici, in ſupino ictum; Duco, ich führe, facit duxi, ductum.

A Parsi parsum, geminat quoque Parco peperci.

Parco, ich verſchone, ſpare, habet duplex præteritum, parsi, peperci, poſterius uſitatius eſt; & duplex ſupinum, parſum, & parcitum.

Vinco cupit vici, victum; a Dixi exige dictum.

Vinco, ich überwinde, habet in præterito vici, in ſupino victum; Dico, ich ſage, dixi, dictum.

Sco,

Sco, *vi*, *tum*que petit, ceu Noſco, Quiesco, Suesco.

Verba deſinentia in *sco*, terminant præteritum in *vi*, & ſupinum in *tum*, ut Cresco, ich wachſe, crevi, cretum; Noſco, ich kenne, novi, notum; Quiesco, ich ruhe, quievi, quietum; Suesco, ich bin gewohnt, ſuevi, ſuetum; Ignoſco, ich überſehe, verzeihe, ignovi, ignotum.

Dat *gnitus* Agnosco, Cognosco jungitur illi.

Agnosco, ich erkenne, in præterito habet agnovi, ſed in ſupino recedit a verbo ſimplici, & habet agnitum; ſic etiam Cognosco, ich erkenne, cognovi, cognitum.

Dat Pasco, paſtum, Conquexi linque vetuſtis.

Pasco, ich ſpeiſe, nähre, weyde, habet in præterito pavi, & in ſupino paſtum; Conquinisco, habuit apud veteres in

præterito conquexi, ſed evanuit cum illis hoc præteritum.

Ut Disco didici tantum, sic Posco poposci.

Disco, ich lerne, facit in præterito didici, & Posco, ich begehre, poposci, ſed utrumque ſupino caret.

Dispesco dat *ui*, pariter Compescere solùm.

Dispeſco, ich treibe von einander, habet in præterito dispescui; & Compeſco, ich zähme, compeſcui, ſed utrumque absque ſupino.

De Inchoativis in *sco*.

Inchoativa Verbalia, ſeu quæ â verbis proficiscuntur, retinent præteritum, vel etiam ſupinum ſui primitivi; Nominalia vero, ſeu quæ a nominibus derivantur, carent utroque, paucis exceptis.

Inchoativa Verbalia.

Acesco, ich werde sauer, acui, ab aceo.
Adolesco, ich wachse auf, adolevi, adultum, ab adoleo.
Coalesco, ich wachse zusammen, coalui, coalitum, a coaleo.
Crebesco, ich werde stark, nehme überhand, crebui ab antiquo crebeo. Dicitur etiam Crebresco.
Percrebesco, ich werde laut oder ruchbar, percrebui.
Concupisco, ich begehre, concupivi, concupitum, a cupio.
Conticesco, ich werde still, conticui, a taceo.
Contremisco, ich erzittere, contremui, a tremo.
Convalesco, ich werde wieder gesund, convalui, a valeo.
Delitesco, ich liege verborgen, delitui, a lateo.
Erubesco, ich werde roth, ich schäme mich, erubui, a rubeo.
Exardesco, ich entbrenne, exarsi, exarsum, ab ardeo.
Exolesco, ich veralte, exolevi, exoletum, ab exoleo.
Expallesco, ich erblasse, expallui, a palleo.
Expavesco, ich erschröcke, expavi, a paveo.
Fervesco, ich werde hitzig, fervi, vel ferbui, a ferveo.

Defervesco, ich höre auf zu hitzen, defervi, vel deferbui.
Gelasco, ich gefriere, gelavi, a gelo, as.
Horresco, die Haut beginnet mir zu schauren, horrui, ab horreo.
Ingemisco, ich seufze, ingemui, a gemo.
Inveterasco, ich werde alt, inveteravi, atum, ab invetero.
Langvesco, ich werde matt, und schwach, langvi, a langveo.
Llquesco, ich zerrinne, ich zerschmelze, licui, a liqueo.
Madesco, ich werde naß, madui, a madeo.
Nigresco, ich werde schwarz, nigrui, ab antiquo nigreo.
Obdormisco, ich schlafe ein, ivi, itum, a dormio.
Obsolesco, ich veralte, obsolevi, obsoletum, ab obsoleo.
Pertimesco, ich förchte sehr, pertimui, a timeo.
Pingvesco, ich werde feist.
Putresco, ich fange an zu faulen, putrui, a putreo.
Computresco, ich vermodere, computrui, a putreo.
Raucesco, ich werde heiser, raucui, a rauceo.
Refrigesco, ich werde wieder kalt, refrixi, a frigeo.
Resipisco, ich thue Buße, resipivi, vel resipui, a sapio.

Re-

Revivisco, ich werde wieder lebendig, revixi, revictum, a vivo.
Senesco, ich werde alt, senui, a seneo; ita Consenesco.
Suesco, assuesco, consuesco, ich gewohne, evi, etum, a sueo.
Desuesco, ich gewöhne ab, desuevi, etum, a sueo.
Stupesco, ich entsetze mich vor Furcht, stupui, a stupeo.
Tabesco, ich verdorre, schwinde, tabui, a tabeo.

Verbalia carentia præteritis & Supinis.

Augesco, ich nehme zu, oder wachse, ab augeo.
Hebesco, vel hebetesco, ich werde stumpf, ab hebeo.
Dehisco, ich spalte mich auf, thue mich voneinander, ab hisco.
Fatisco, ich werde müde.
Integrasco, & reintegrasco, ich werde wieder neu, ab integro.
Labasco, ich sinke zu Boden, beginne zu fallen.
Renidesco, ich scheine wieder.

Inchoativa Nominalia.

Consanesco, ich werde gesund, a sanus, consanui.
Evanesco, ich verschwinde, a vanus, evanui.

Innotesco, ich werde bekannt, a notus, innotui.
Macresco, ich werde mager, a macer, macrui.
Mansuesco, ich werde kürr, oder zahm, a mansuetus, mansuevi.
Maturesco, ich werde reif, a maturus, maturui.
Brutesco, vel obrutesco, ich werde viehisch, obrutui, a brutus.
Obduresco, ich verharte, obdurui, a durus.
Obmutesco, ich verstumme, obmutui, a mutus.
Obsurdesco, vel surdesco, ich werde taub, obsurdui, a surdus.
Recrudesco, ich breche wieder auf, recrudui, a crudus.

Reliqua Nominalia carent præterito & supino.

Ægresco, ich werde krank, ab æger.
Grandesco, ich werde groß, a grandis.
Gravesco, ich werde schwer, oder schwanger, a gravis.
Incurvesco, ich werde krum, a curvus.
Mitesco, ich werde gelinde, a mitis.
Puerasco, ich werde kindisch, a puer.
Plumesco, ich bekomme Federn, a pluma.
Sterilesco, ich werde unfruchtbar, a sterilis.

Tene-

Teneresco, vel tenerasco, ich werde zart, a tener, & ſic multa alia.

Verba deſinentia in Do.

Do, *di*, *sum* gignit, veluti Defendere, Cudo.

Verba deſinentia in *do*, præteritum terminant in *di*, & ſupinum in *sum*, ut Defendo, ich beſchütze, defendi, defenſum. Cudo, ich ſchmiede, cudi, cuſum. Accendo, ich zünde an, accendi, accenſum. Prehendo, ich ergreiffe, prehendi, prehenſum. Et compoſita, ut apprehendo, ich greiffe an, apprehendi, apprehenſum; Deprehendo, ich treffe an, ich ertappe, deprehendi, deprehenſum; Reprehendo, ich ſchelte, ich ſtrafe mit Worten, reprehendi, reprehenſum. Mando, is, ich eſſe, mandi, manſum. Quidam hoc ſupinum reprobant. Offendo, ich beleidige, offendi, offenſum. Scando, ich ſteige, ſcandi, ſcanſum; Aſcendo, ich ſteige hinauf, aſcendi, aſcenſum; Deſcendo, ich ſteige herunter, deſcendi, deſcenſum.

 Suc-

Succendo, ich zünde an, succendi, succensum.

Exceptio.

N tamen amittunt, Fundo, cum Scindere, Findo.
S geminat, fissum, ac scissum.

Fundo, ich gieße; Scindo, ich schneide; Findo, ich spalte, terminant præteritum in *di*, sed omisso *n*, sic dicitur, fudi, scidi, fidi. Pariter fit in supino, dicitur enim fusum. Scindo autem & Findo supinum habent cum duplici *s*, nempe scissum, fissum.

Dat Pando pandi, passum, pansumque supino.

Pando habet in præterito pandi, in supino passum, vel pansum. Sic etiam Expando, ich strecke aus, expandi, expassum, vel expansum, posterius supinum apud recentiores magis in usu est.

Tundo petit tutudi, tunsum, sed pignora tusum.

Tundo, ich stosse, habet in præterito tutudi, in supino tunsum, sed etiam tusum. Composita autem tantum habent tusum, ut Contundo, ich zerstos-

ße, contudi, contuſum; Obtundo, ich mache ſtumpf, obtudi, obtuſum; Pertundo, ich ſtoſſe durch; Retundo, ich ſtoße zurück, oder mache ſtumpf, retuſum.

Cedo petit ceſsi, ceſsum, facit inde ſupinum.

Cedo, ich weiche, gebe nach; habet in præterito ceſsi, in ſupino ceſſum, utrumque cum duplici *s*; ita etiam compoſita, ut Accedo, ich trete herzu, acceſsi, acceſſum; Concedo, ich gebe nach, verleihe, conceſsi, conceſſum.

Sume Cado, cecidi, caſum, cape Cædo, cecidi, Cæſum.

Cado, ich falle, facit in præterito cecidi, in ſupino caſum. Compoſita ex Cado tria tantum ſupino gaudent, nempe Incido, ich falle hinein, incidi, incaſum; Occido, ich gehe unter, occidi, occaſum; Recido, ich falle wieder, recidi, recaſum; reliqua carent. Cædo, ich ſchlage, habet in præterito cecidi, in ſupino cæſum; compoſita *ciſum*, ut Incido, ich haue ein, incidi, inciſum.

Dant

- - Dant tentum, vel tensum Tendo, tetendi.

Tendo, ich strecke aus, ich spanne aus, facit in præterito tetendi, & in supino tentum, vel tensum. Composita primo supino contenta sunt, ut Attendo, ich gebe acht, attendi, attentum; Contendo, ich spanne, strecke, zanke, contentum; Distendo, ich strecke von einander, distendi, distentum; Extendo autem ich dehne aus, habet extendi, extentum vel extensum.

Pedo pepedit habet peditum dic, quando necesse est.

Pedo, ich lasse einen Wind, facit in præterito pepedi, multi etiam supinum admittunt, ût peditum ire, hingehen seine Nothdurft zu verrichten.

Dant *si*, *sum*, Claudo, Lædo, cum Rodere, Trudo,

Divido, cum Plaudo, Rado, cum Ludere: vasi,

Ac

Ac vaſum à Vado cupiunt sibi pignora tantum.

In *si*, præteritum, & in *sum* ſupinum terminant verba: Claudo, ich ſchließe zu, clausi, clauſum. Sic etiam compoſita, ut Concludo, ich ſchließe zuſammen, ich endige, conclusi, concluſum; Excludo, ich ſchließe aus, excluſi, excluſum. Lædo, ich beleidige, verletze, læsi, læſum. Compoſita in *isi*, *isum*, ut Collido, ich ſtoße zuſammen, collisi, colliſum; Elido, ich ſchlage heraus, elisi, elisum; Illido, ich ſtoße an, illisi, illiſum; Rodo, ich nage, rosi, roſum. Similiter etiam compoſita. Trudo, ich ſtoße, trusi, truſum. Compoſita ſequuntur. Divido, ich theile, divisi, diviſum. Plaudo, ich frohlocke, plausi, plauſum. Compoſita autem in *osi*, *osum*, ut Complodo, ich klatſche mit den Händen, complosi, comploſum; Supplodo, ſupplosi, ſupploſum; Applaudo autem habet applausi, applauſum. Rado, ich kratze, ſchabe, rasi, raſum. Ita etiam compoſita, ut Corrado, ich kratze, oder ſammle zuſammen, corrasi, corraſum.

Ludo,

Ludo, ich spiele, lusi, lusum. Sic & composita, ut Illudo, ich spotte, illusi, illusum. Vado, ich gehe, caret præterito, & supino. Composita autem finiunt præteritum & supinum in vasi, vasum, ut Invado, ich überfalle, invasi, invasum; Evado, ich entgehe, evasi, evasum.

Tum Rudo, tum Sido, tum Strido carento supinis.

Rudo, ich schreie wie ein Esel; Sido, ich sitze gemach nieder; Strido, ich kirre, finiunt præteritum in *di*, ut rudi, sidi, stridi, sed supino carent.

Verba desinentia in Go, vel Guo.

Dant *xi*, *ctum*, *go*, vel *guo*, ut Plango, Extinguo supinis.

Verba terminata syllaba *go*, vel *guo*, finiunt præteritum in *xi*, & supinum in *ctum*, ut Plango, ich beweine, klage, planxi, planctum; Extinguo, ich lösche

lösche aus, extinxi, extinctum. Cingo, ich umgürte, gebe um, cinxi, cinctum. Affligo, ich plage, afflixi, afflictum; Confligo, ich kämpfe, conflixi, conflictum; Infligo, ich gebe einen Streich, inflixi, inflictum. Jungo, ich füge zusammen, cum compositis: Adjungo, ich setze dazu; conjungo, ich setze zusammen; Injungo, ich gebe auf, lege auf, junxi, junctum. Mungo, emungo, ich putze die Nase, oder ein Licht, munxi, munctum. Sugo, ich sauge, exsugo, ich sauge aus, suxi, suctum. Ita etiam Distingvo, ich unterscheide; Extinguo, ich lösche aus, ich tödte; Restingvo, ich lösche wieder aus; distinxi, distinctum &c. Tego, ich decke, texi, tectum; ita Protego, ich schütze; Detego, ich decke auf. Tingo, intingo, ich tunke ein, ich färbe, tinxi, tinctum. Ungo, ich salbe, cum compositis, unxi, unctum. Lingo, ich lecke, linxi, linctum. Rego, ich herrsche, rexi, rectum. Composita ex præpositionibus *sub per* cum verbo *rego* deberent exprimi Surrigo Perrigo; exprimuntur autem per syncopen, Surgo, ich stehe auf, Pergo, ich fahre; in præterito tamen & su-

pino ſublata ſyncope exprimuntur integraliter : ſurrexi, ſurrectum; perrexi, perrectum cum duplici *r*.

N tamen abjiciunt Stringo, cum Pingere, Fingo.

Stringo, ich ziehe zuſammen, cum ſuis compoſitis; Pingo, Depingo, ich mahle, mahle ab; Fingo, ich erdenke, ich dichte, cum compoſitis habent præteritum in *xi*, ut ſtrinxi, pinxi, finxi, in ſupino autem amittunt *n*, ſtrictum, pictum, fictum.

Exceptiones.

Tango cupit tetigi, tactum; egi, Ago poſcit, & actum.

Tango, ich berühre, habet in præterito tetigi, in ſupino tactum; Ago, ich thue, cum compoſitis Abigo, ich treibe ab; Adigo, ich treibe an, halte an; Ambigo, ich zweifle; Redigo, ich bringe zu etwas, & Cogo, ich zwinge, nöthige, finiunt præteritum in *egi*, & ſupinum in *actum*, ut coë-

gi

gi, coactum; Dego, ich bringe zu; Prodigo, ich verschwende unnützlich; Satago, ich bekümmere mich, habent præteritum in *egi*, ut degi, prodegi, sategi, sed absque supino.

Sume Pago pepigi, pactum, cape Pangere panxi,

Vel Pegi pactum, gaudent composita secundo.

Pago, is, ere, ich mache einen Vertrag, oder Bündnis, facit in præterito pepigi, in supino pactum.

Hujus verbi, præter præteritum & supinum apud recentiores rarus est usus, Paciscor enim in hac significatione magis placet.

Pango, ich stecke an, heffte an, habet in præterito panxi, apud veteres habuit pegi, quod hucusque composita servant, ut compingo, ich heffte, oder binde zusammen, compegi, compactum; Impingo, ich stoße an, impegi, impactum.

Dat Legi lectum.

Lego, ich lese, ich sammle, cum omnibus suis compositis habet in præterito legi, in supino lectum, ut Perlego, ich lese durch; Relego, ich überlese; Colligo, ich lese, oder sammle zusammen; Eligo, ich wähle, lese aus, elegi, electum.

Diligo, ich liebe; Intelligo, ich verstehe; Negligo, ich vernachlässige; vel primitiva verba sunt: vel, si sunt composita ex lego, discrepant in præterito a primitivo, exeunt etenim in *xi*, ut dilexi, intellexi, neglexi, neglectum.

- - - - Fregi, dat frangere, fractum.

Frango, ich breche, cum compositis, facit in præterito fregi, in supino fractum, ut Confringo, ich zerbreche, confregi, confractum; Perfringo, ich breche durch, perfregi, perfractum.

Dat Pungo, pupugi, punctum, dant pignora punxi.

Pungo, ich steche, habet in præterito pupugi,

pugi, in ſupino punctum. Compoſita habent punxi, punctum.

Vult *si*, *sum*, Spargo, cum Mergere, Tergo.

Spargo, ich ſtreue; Mergo, ich tauche; Tergo, ich truckne, wiſche, ſaubere, cum compoſitis terminant præteritum in *si*, ut ſparsi; Conſpergo, ich beſprenge, conſpersi; Mersi, immergo, ich tauche unter, immersi; Tersi, extergo, ich wiſche aus, extersi; & ſupinum in *sum*, ut ſparſum, conſperſum; merſum, immerſum; terſum, exterſum.

Dant *xi*, *xum*, Figo, Frigo, caret Ango ſupinis.

Figo, ich haffte, nagle an, cum compoſitis, ut Infigo, ich ſchlage ein; Crucifigo, ich heffte ans Kreuz; Frigo, ich röſte, brate; Ango, ich peinige, ich ängſtige, finiunt præteritum in *xi*, ut fixi, infixi, crucifixi, frixi, anxi, & ſupinum in *xum*, ut fixum, frixum, infixum, crucifixum. An-

go caret ſupino. Vergo, ich neige mich, ich lenke, ſenke, habet in præterito versi, in ſupino verſum.

Verba deſinentia in Ho, & Io.

A Traxi, tractum, a Vexi deducito vectum.

Traho, ich ziehe, cum compoſitis, ut Diſtraho, ich unterhalte, zerſtreue; Subtraho, ich ziehe ab; Veho, ich führe zu Wagen, Schlitten, oder Schiff, cum compoſitis, ut Aveho, ich führe weg; Inveho, ich führe ein, terminant præteritum in *xi*, & ſupinum in *ctum*, ut traxi, tractum; diſtraxi, diſtractum; ſubtraxi, ſubtractum; vexi, vectum; avexi, avectum; invexi, invectum.

Mingo, Mejo facit minxi, mictumque ſupino.

Mejo, mejis, mejere, ich laſſe das Waſſer ab, antiquitus dicebatur Mingo, is,

is, ere, abinde habet in præterito minxi, in ſupino mictum.

Verba deſinentia in Lo.

Lo, *luit*, atque *litum*.

Verba deſinentia in *lo* finiunt præteritum in *lui*, & ſupinum in *litum*, ut Molo, ich mahle, molui, molitum.

. . . . Colo, cultum. Conſulo gignit,
Conſultum: Occulit occultum.

Colo, ich ehre, & compoſita, ut Excolo, ich baue, ich ziehre; Incolo, ich bewohne; Recolo, ich erneuere, betrachte; Conſulo, ich rathe; Occulo, ich verberge, terminant quidem præteritum in *lui*, ut colui, excolui, incolui, recolui, conſului, occului; ſupinum autem in *ultum*, ut cultum, excultum, incultum, recultum, conſultum, occultum.

. . . Aſt Alui petit altum,

Ac alitum.

Alo, ich nähre, habet in præterito alui, in supino alitum, vel altum.

- - - Ex Cello proles diversa requirunt.

Ante, carent, cello, Præcello, Excello supinis.

Præteritum duplex perculsi, perculit optat,

Percello, perculsum, haud plura require supina.

Ab inusitato Cello composita singularia sunt. Antecello, ich übertreffe; Excello, ich bin vortreflich; Præcello, ich übertreffe, habent præteritum in *lui*, ut antecellui, excellui, præcellui, sed absque supino. Hinc celsus, excelsus, præcelsus, sunt nomina, non participia. Percello, ich schlage, ich stoße, habet in præterito perculi, etiam perculsi, in supino perculsum.

Dat

Dat Pello, pepuli, pulsum: dat Fallo, fefelli,

Falsum.

Pello, ich verjage, habet in præterito pepuli, in supino pulsum; Fallo, ich betrüge, fefelli, falsum.

A Velli, vel vulsi deducito vulsum.

Vello, ich rupfe, ich reisse aus, facit in præterito velli, vel vulsi, & in supino vulsum. Ita etiam composita, ut evello, ich reisse heraus, evelli, vel evulsi, evulsum.

Sublatum Tollo tantum cum sustulit optat.

Tollo, ich hebe auf, nec præteritum nec supinum habet, & non nisi a verbo Suffero mutuatis utitur, nempe sustuli, & sublatum.

Sallo facit salli, dat Psallere, psalli.

Sallo, is, ere, ich salze, habet in præterito salli, in supino salsum.

Apud quosdam Authores invenitur Salio, is, ire, ich salze, ich salze ein, pöckle ein, quartæ conjugationis, cum præterito salivi, vel salii, & supino salitum.

Psallo, ich singe, ex græco latinè usurpatum, in praeterito habet psalli, supino autem caret.

Malo, Volo, Nolo, cum Psallo carento supinis.

Malo, ich will lieber; Volo, ich will; Nolo, ich will nicht, finiunt praeteritum in *ui*, ut malui, volui, nolui, sed, uti psallo, supinis carent.

Verba desinentia in Mo.

Mo **per** ***ui*** **dat** ***itum*****; Tremo flectitur absque supino.**

Verba *Mo* syllaba terminata finiunt præteritum

teritum in *ui*, & supinum in *itum*, ut Fremo ich murre, ich brause, ich bin grimmig, fremui, fremitum; Gemo, ich seufze, gemui, gemitum; Vomo, ich breche, vomui, vomitum. Tremo, ich zittere, tremui, sed absque supino.

Exceptio.

Dant *psi*, *ptum*, Demo, Promo, cum Sumere, Como.

Demo, ich benehme, nehme weg; Promo, ich trage, bringe herfür; Sumo, ich nehme, finiunt præteritum in *psi*, ut dempsi, prompsi, sumpsi, & supinum in *ptum*, ut demptum, promptum, sumptum. Ita etiam composita, ut Assumo, ich nehme auf, assumpsi, assumptum; Præsumo, ich unterfange mich, præsumpsi, præsumptum; Consumo, ich verzehre, consumpsi, consumptum.

Emi fert emptum; Premo, pressi s duplice, pressum.

Emo, ich kaufe, cum ſuis compoſitis: Adimo, ich nehme hinweg; Redimo, ich erlöſe; Eximo, ich nehme aus, habet in præterito emi, & in ſupino emptum, ut ademi, ademptum; redemi, redemptum; exemi, exemptum. Premo, ich drucke, cum ſuis compoſitis: Apprimo, ich drucke auf; Exprimo, ich drucke aus; Imprimo, ich drucke ein; Opprimo, ich unterdrucke, habet in præterito preſsi, in ſupino preſſum, utrumque cum duplici *s*, ut appreſſi, appreſſum; expreſsi, expreſſum; impreſsi, impreſſum; oppreſsi, oppreſſum.

Verba deſinentia in No.

Dat Posui, poſitum; Genitum, genuiſse repoſcit.

Verba deſinentia in *No* terminant præteritum in *ui*, & ſupinum in *itum*, ut

ut Pono, ich setze, cum suis compositis: Antepono, ich setze vor; Dispono, ich ordne; Repono, ich setze bei Seiten, habet in præterito posui, in supino positum, ut anteposui, antepositum; disposui, dispositum; reposui, repositum. Gigno, ich gebähre, habet in præterito genui, & in supino genitum.

Exceptiones.

Dat Cecini cantum; cinui, dant pignora centum.

Cano, ich singe, habet in prætetito cecini, in supino cantum. Composita autem ex cano, ut Accino, ich stimme mit zu; Concino, ich singe mit; Occino, ich singe entgegen, & plura alia terminant præteritum in *ui*, & supinum in centum: ut accinui, accentum; concinui, concentum; occinui, occentum.

A Sino fit sivi, atque situm.

Sino, ich laße, habet in præterito sivi, in

in ſupino ſitum. Compoſitum, Deſino, ich höre auf, habet desii, deſitum.

- - - - Dat Sternere ſtravi, ac ſtratum.

Sterno, ich werfe zu Boden, decke den Tiſch, oder das Bett; & compoſita; ut Proſterno, ich werfe zu Boden, habent in præterito ſtravi, in ſupino ſtratum.

- - - Sprevi, ſpretum, dat Spernere. Cerno,
Crevi; sed cretum cupiunt ſibi pignora tantum.

Sperno, ich verachte, habet in præterito ſprevi, in ſupino ſpretum. Cerno, ich ſehe, præterito & ſupino caret, licet quidam contendant in præterito dici crevi. Compoſita autem, Decerno, ich befehle, ich ſtreite, habet decrevi, decretum. Concerno, ich ſehe

sehe klar, ich siebe untereinander, concrevi, concretum. Secerno, ich sondere ab, secrevi, secretum.

Dat tempsi, temptum, Temno, si legeris unquam.

Temno vel potius contemno, ich verachte, habet in præterito contempsi, in supino contemptum. Temno rarè adhibetur, nisi in carmine a Poëtis.

Lino dat lini, levi, litumque supino.

Lino, ich bestreiche, ich beschmiere, habet in præterito lini, vel levi, & in supino litum, ut Circumlino, ich bestreiche um und um, circumlevi, circumlitum.

Verba desinentia in Po.

Po, *psi*, *ptum*que petit, Carpo, cum Scalpere, Serpo,

Verba desinentia in *po* terminant præteritum

teritum in *psi*, & ſupinum in *ptum*, ut Carpo, ich breche ab, ich tadle, ich verringere, carpsi, carptum; cum compoſitis, Discerpo, ich reiſſe von einander, discerpsi, discerptum. Scalpo, ich kratze, ich ſcharre, ſcalpsi, ſcalptum. Serpo, ich krieche, ſerpsi, ſerptum. Repo, ich krieche, repsi, reptum; Irrepo, ich ſchleiche ein, irrepsi, irreptum. Sculpo, ich ſchnitze, ich bilde, ſculpsi, ſculptum, cum compoſitis ſuis.

Exceptio.

A Strepui, ſtrepitum; a Rupi deducito ruptum.

Strepo, ich mache ein Geräuſche, habet in præterito ſtrepui, in ſupino ſtrepitum. Ita etiam compoſita, ut Perſtrepo, ich mache ein Geräuſche, ich rumpele. Rumpo, ich zerreiſſe, & omnia compoſita, ut Abrumpo, ich breche ab; Corrumpo, ich verderbe; Disrumpo, vel Dirumpo, ich reiſſe von einander; Irrumpo, ich dränge

mich

mich mit Gewalt hinein, dirupi, vel disrupi, diruptum, vel disruptum; irrupi, irruptum, &c.

Verba desinentia in Quo.

Linquo, sibi liqui; capiunt sibi pignora lictum.

Dat Coxi, coctum.

Linquo, ich lasse, habet in præterito liqui, sed absque supino. Composita autem, Delinquo, ich versehe, sündige; Relinquo, ich verlasse, habent in præterito liqui, & in supino lictum, ut deliqui, delictum; reliqui, relictum. Coquo, ich koche, & concoquo, ich verkoche, verdaue, habent in præterito coxi; & in supino coctum.

Verba desinentia in Ro.

. . . . Tero, trivi, poscit, & *itum*.

Tero, ich reibe, habet in præterito trivi, in supino tritum. Ita etiam composita, ut Attero, ich reibe ab; Contero, ich zerreibe, zerschmettere, zertrete; Extero, ich reibe aus; Protero, ich trete mit Füssen; attrivi, attritum; contrivi, contritum; extrivi, extritum; protrivi, protritum.

A Gero fit gessi, gestum: dat Curro, cucurri,

Cursum: Quæsitum Quæro, quæsivit habeto.

Gero, ich trage, habet in præterito gessi, in supino gestum. Ita etiam composita: Circumgero, ich trage herum; Digero, ich verdaue; Egero, ich werfe

werfe heraus ; Regero, ich trage zuruck, ut digeſsi, digeſtum ; egeſsi, egeſtum : &c.

Ferre, tuli, latumque; Uro dabit uſsit, & uſtum.

Fero, fers, fert, ich bringe, ich trage, habet in præterito tuli, & in ſupino latum. Ita etiam compoſita mutatis interdum præpoſitionibus, ut Affero, vel adfero, ich bringe her, attuli, allatum ; Aufero, ich trage hinweg, abſtuli, ablatum, &c. ut habetur in Principiis pag. 134.
Uro, ich brenne, cum omnibus ſuis compoſitis habet in præterito uſsi, in ſupino uſtum, ut : Aduro, ich brenne an ; Amburo, ich brenne umher ; Exuro, ich brenne aus ; Inuro, ich brenne ein ; aduſsi, aduſtum ; ambuſsi, ambuſtum ; exuſsi, exuſtum ; inuſsi, inuſtum.

Præteritum verri, a Verro eſt, verſumque ſupinum.

Verro, ich kehre, habet in præterito verri, in

in ſupino verſum. Ita etiam Everro, ich kehre aus, everri, everſum.

A Sero fit ſevi, atque ſatum: *vi* ruſtica proles,

Fert & *itum*: dat *ui*, *ertum* aliena a rure propago.

Sero, ich ſäe, impfe, pfropfe, pflanze, facit in præterito ſevi, in ſupino, ſatum. Compoſita autem ad ſeminationem vel plantationem ſpectantia, terminant præteritum in *vi*, & ſupinum in *itum*, ut: Aſſero, ich ſäe nahe dabey, aſſevi, aſſitum; Conſero, ich beſäe, conſevi, conſitum; Diſsero, ich ſäe hin und her, diſſevi, diſsitum; Infero, ich pfropfe ein, pflanze ein, inſevi, inſitum; Obſero, ich überſäe, obſevi, obſitum. Sero, ich ordne, ich ſetze in einen Reimen, habet in præterito ſerui, in ſupino ſertum. Ita etiam omnia compoſita, a ſeminatione, vel plantatione, ſignificatione recedentia, ut: Aſſero, ich bejahe, aſſerui, aſſertum; Conſero, ich vermenge

menge untereinander, conſerui, conſertum; Deſero, ich verlaſſe, deſerui, deſertum; Diſſero, ich diſputire, diſſerui, diſſertum; Exſero, vel Exero, ich ziehe, oder ſtrecke heraus, exerui, exertum; Inſero, ich menge mit unter, inſerui, inſertum.

Verba deſinentia in So.

*So, sivi, situm*que petit.

Verba deſinentia in *so*, finiunt præteritum in *sivi*, ſupinum in *situm*, ut: Accerso, ich laſſe vor mich fordern, beruffen, accerſivi, accerſitum. Capeſso, ich nehme an, greiffe, faſſe, capeſſivi, capeſſitum; Faceſſo, ich thue, mache zu ſchaffen, faceſſivi, faceſſitum; Laceſſo, ich fordere heraus, reitze an, laceſſivi, laceſſitum.

Poteſt etiam per Apocopen dici Capeſſi, Faceſſi, Laceſſi.

Exceptio.

. . . . . Dat visere visi,

Ac Visum. Incesso, incessi, tamen absque supino.

Viso, is, ere, & Inviso, ich suche heim, besuche, habent in præterito visi, & in supino visum. Incesso, ich falle mit Lästerworten an, habet in præterito incessi, absque supino.

Pinsitus, ac pistus, pinsusque a Pinsuit exit.

Pinso, is, ere, ich schrote, ich mahle, zerstosse, backe Brod, facit in præterito pinsui, in supino pinsitum, vel pinsum, vel pistum.

Verba desinentia in To.

Xi, xum dant Plecto, cum Flecto, Nectere, Pecto.

Dant quoque Pecto *xui* Nectoque.
Peto *ivit* & *itum*.

Plecto, ich strafe, ich flechte; Flecto, ich knie, biege, lenke, cum compositis: Inflecto, ich biege; Reflecto, ich besinne mich, oder biege zuruck; Necto, ich binde, cum compositis: Connecto, ich binde zusammen; Annecto, ich henke an, binde an; Innecto, ich binde ein; Pecto, ich kåmme, terminant præteritum in *xi*, & supinum in *xum*, ut flexi, flexum; reflexi, reflexum; nexi, nexum; annexi, annexum; pexi, pexum. Pecto, autem, & Necto, etiam in *xui* finiunt præteritum, ut pexui, nexui, connexui, annexui, usitatius, quam connexi, annexi. Peto, ich begehre, cum compositis: Appeto, ich begehre hefftig; Competo, ich begehre mit; Expeto, ich bitte mir aus; Repeto, ich begehre zuruck, terminant præteritum in *ivi*, vel *ii*, & supinum in *itum*, ut petivi, vel petii, petitum; appetivi, vel appetii, appetitum; repetivi, vel repetii, repetitum.

Stertuit a Sterto tantum. Meto, messuit optat,

Ac messum *s* gemino; misi dat Mitto, supinum

S duplici missum; a Verti deducito versum.

Sterto, ich schnarche im Schlaf, habet in præterito stertui, sed absque supino. Meto, Demeto, ich schneide, ich ärnte, habet in præterito messui, in supino messum, utrumque cum duplici *s*. Mitto, ich schicke, ich sende, cum compositis: Amitto, ich verliere; Admitto, ich lasse zu; Committo, ich begehe; Dimitto, ich lasse los, verzeihe; Emitto, ich lasse heraus; Immitto, ich lasse hinein; Omitto, ich lasse aus; Permitto, ich lasse zu; Præmitto, ich schicke zuvoraus; Promitto, ich verspreche; Remitto, ich schicke zuruck; Submitto, ich sende; Transmitto, ich überschicke, faciunt in præterito misi, in supino missum cum duplici *s*, ut admisi, admissum, &c. Verto, ich kehre um, cum com-

positis

positis: Averto, ich wende ab; Adverto, ich merke auf; Anteverto, ich laufe voran; Converto, ich bekehre; Diverto, ich kehre ein, ich unterhalte; Everto, ich kehre um; Inverto, ich stosse um; Perverto, ich verführe; Præverto, ich komme vor; Reverto, ich kehre zuruck; Subverto, ich stosse um, ich kehre um, faciunt in præterito verti, in supino versum, ut: converti, conversum, perverti, perversum, &c.

Sisto, stiti, statum, activum: Neutrale sequetur

Sto verbum: unde stiti, atque stitum sibi pignora servant.

Sisto duplicis significationis est, activæ & neutrius. ich stelle, mache stehend, oder bleibend, activum est, ut: *Sisto aliquem ad judicium; Sisto sanguinis fluxum; Sisto exercitum*, & habet in præterito stiti, in supino statum. Ich stehe still, ich bleibe hier stehen, neutrum est, & habet in præte-

rito ſteti, in ſupino ſtatum. Compoſita autem neutra, ut Reſiſto, ich widerſtehe; Conſiſto, ich beſtehe; Subſiſto, ich ſtehe ſtill; Obſiſto, ich ſtehe entgegen; Persiſto, ich verharre; Insiſto, ich ſtehe auf etwas, habent in præterito ſtiti, in ſupino ſtitum, ut: reſtiti, reſtitum; obſtiti, obſtitum; inſtiti, inſtitum, quorum ſupinis tutius uteris, cum apud probatos Authores legeris.

Verba deſinentia in Vo, & Xo.

A Vixi, victum; a Volvi deflecte volutum.

Texui amat Texo, ac textum. Solvique, ſolutum.

Vivo, ich lebe, habet in praeterito vixi, in ſupino victum. Volvo, ich welze, cum compoſitis: Revolvo, ich welze zuruck, ich leſe durch; Obvolvo, ich wikle

wikle um, habet in praeterito volvi, in supino volutum. Solvo, ich zahle, ich löse auf, cum compositis: Absolvo, ich spreche ledig, ich vollende; Resolvo, ich löse auf, ich entschliße mich; Dissolvo, ich zertheile, ich schmelze, ich zerlasse; Exsolvo, ich zahle aus; Persolvo, ich verrichte, habet in praeterito solvi, in supino solutum; resolvi, resolutum &c. Texo, ich webe, ich wirke, cum compositis: Contexo, ich webe zusammen; Retexo, ich löse das Gewebte wieder auf; Intexo, ich webe ein, ich mische darein, habet in praeterito texui, in supino textum.

QUARTA CONJUGATIO.

Ivi, *itum*, ut Polio, Fastidio, Quarta requirit.

Verba quartæ conjugationis terminant

præteritum in *ivi*, supinum in *itum*, ut Polio, ich putze aus, polivi, politum. Fastidio, ich habe einen Unwillen, einen Eckel, fastidivi, fastiditum. Audio, ich höre, audivi, auditum. Cio, is, ire, ich bewege; civi, citum; Excio, ich beruffe heraus, excivi, excitum; Nescio, ich weiß nicht, nescivi, nescitum. Impedio, ich verhindere, impedivi, impeditum. Sopio, ich schläfere ein, sopivi, sopitum. Suffio, ich beräuchere von unten auf, suffivi, suffitum. Eo, ich gehe, ivi, itum. Composita ex eo dupliciter præteritum exprimunt, ut: Abeo, ich gehe weg, abivi, vel abii, abitum; Adeo, ich gehe hinzu, adivi, vel adii, aditum; Ambio, ich gehe rings herum, ambivi, vel ambii, ambitum; Pereo, ich vergehe, gehe verloren, perivi, vel perii, peritum; Redeo, ich komme zuruck, redivi, vel redii, reditum. Queo, ich kann, quivi, vel quii, quitum; Nequeo, ich kann nicht, nequivi, vel nequii, nequitum.

Poetæ ferè omnia præterita in ivi abbreviare solent, ut loco audivi, dicunt, audii; sopivi, sopii; Sarrio, is, ire, ich jäte, rotte

das

das Unkraut aus, sarrivi, vel sarrii, sarritum &c.

Exceptio.

Veni fert ventum Venio: Sepelire sepultum.

Venio, ich komme, habet in præterito veni, in supino ventum. Ita & composita: Advenio, ich komme, adveni, adventum; Circumvenio, ich gebe um, ich umringe, ich hinterge- he, hinterlichte, circumveni, circumventum; Convenio, ich komme zusammen, ich stimme überein, conveni, conventum; Contravenio, ich bin entgegen, ich widerstrebe, ich handle wider den Vertrag, contraveni, contraventum; Devenio, ich gelange dahin, deveni, deventum; Evenio, widerfahren, geschehen, eveni, eventum; Invenio, ich finde, erfinde, inveni, inventum; Obvenio, ich begegne, obveni, obventum; Pervenio, ich komme bis dahin; perveni, perventum; Prævenio, ich komme vor, præveni, præventum; Provenio

venio, ich scheine, proveni, proventum; Subvenio, ich komme zu Hilfe, subveni, subventum. Sepelio, ich begrabe, habet in præterito sepelivi, in supino sepultum.

Singultum Singultit amat: dat Amixit amictum.

Singultio, ich schlucke im Weinen, habet in præterito singultivi, in supino singultum. Amicio, ich bekleide, habet in præterito amixi, in supino amictum.

Ex Perio natum, per *ui*, flectatur & *ertum*.

Comperio, Reperitque petit *ri*, poscit & *ertum*.

Composita ex inusitato verbo Perio, terminant præteritum in *ui*, & supinum in *ertum*, ut: Aperio, ich mache auf, ich öffne, aperui, apertum; Operio, ich bedecke, operui, opertum.

tum. Excipiuntur Comperio, ich erfahre, & Reperio, ich finde, & terminant præteritum in *ri*, ſupinum in *ertum*, ut comperi, compertum; reperi, repertum.

Sancio dat ſanxi, ſanctum, simul optat & *itum*.

Sancio, ich gebe ein Geſetz, facit in præterito ſanxi, in ſupino ſanctum, vel etiam ſancitum, ab antiquo præterito ſancivi.

Sentio vult *si*, *sum*: ſepsi, dat Sepio ſeptum.

Sentio, ich empfinde, ich meyne ſo, habet in præterito ſensi, in ſupino ſenſum. Ita etiam compoſita: ut Aſſentio, ich gebe einen Beyfall, aſſensi, aſſenſum; Conſentio, ich willige ein, conſensi, conſensum; Diſſentio, ich willige nicht ein, diſſensi, diſſenſum. Perſentio, ich empfinde ſtark, perſensi, perſensum; Præſentio, ich

ich sehe vor, præsensi, præsensum; Resentio, ich bin eines andern Sinns, resensi, resensum. Sepio, ich zäume, habet in præterito sepivi, in supino septum.

Hausi fert haustum: dat vinxi Vincio, vinctum.

Haurio, ich trinke, ich schöpfe, facit in præterito hausi, in supino haustum. Ita etiam compositum Exhaurio, ich trinke aus, ich schöpfe aus, exhausi, exhaustum. Vincio, ich binde, habet in praeterito vinxi, in supino vinctum. Ita etiam compositum Devincio, ich mache mir jemanden verbunden, devinxi, devinctum.

Farcio, dat farsi, fartum; vult Fulcio fulsi,

Ac fultum: sarsi, sartum dat Sarcio verbum.

Farcio, ich stopfe, habet in praeterito farsi,

farsi, fartum. Compositum Infarcio, ich stopfe ein, ich fülle, infarsi, infartum. Composita mutantia *a* in *e*, ut Confercio; Effercio, vel Refercio, ich stopfe voll, fülle aus, habent in praeterito *fersi*, in supino *fertum*. Confersi, confertum; effersi, effertum; refersi, refertum. Fulcio, ich unterstütze, befestige, cum compositis: Circumfulcio, ich befestige rings herum; Suffulcio, ich unterstütze, habent in præterito fulsi, in supino fultum; suffulsi, suffultum. Sarcio, ich flicke, habet in præterito sarsi, in supino sartum. Itâ etiam compositum Resarcio, ich erstatte wieder, ich bringe ein, resarsi, resarsum.

Veneo fert venum, quòd ferme veniit optat.

Veneo, verbum passivum, ich werde verkauffet, habet in præterito venii, & supini locò adverbium *Venum*. *Sic v.g. Scriptura prædixit Messiam venditum iri*, si locò vendo assumatur veneo, sic exprimitur: *Scriptura prædixit Messiam venum ire*, non *iri*, ne duo passiva conveniant.

Dat

Dat Salui, ſaltum; Proles sibi vendicat *ultum*.

Salio, ich hupfe, ich ſpringe, tanze, habet in præterito ſalui, in ſupino ſaltum. Invenitur etiam in præterito ſalii. Virg:
Mollibus in pratis unctos Salière per utres.
Compoſita autem uſitatius per *ui*, quam per *ii* præterita terminant, ſupinum autem in *ultum*, ut Abſilio, ich ſpringe ab, abſilui, abſultum; Aſſilio, ich ſpringe hinzu, aſſilui, aſſultum; Conſilio, ich ſpringe mit, oder ſpringe an einen andern, conſilui, conſultum; Deſilio, ich ſpringe herunter, deſilui, deſultum; Diſſilio, ich ſpringe von einander, diſſilui, diſſultum; Exſilio, ich ſpringe auf, exſilui, exſultum; poteſt etiam *s* omitti. Inſilio, ich ſpringe hinein, oder ſpringe auf, inſilui, inſultum; Præſilio, ich ſpringe vor, tanze vor, præſilui, præſultum; Proſilio, ich ſpringe herfür, proſilui, proſultum; Reſilio, ich ſpringe zuruck, ich ſtehe ab, reſilui, reſultum; Tranſilio, ich überſpringe, tranſilui, tranſultum.

Non

Non errabis, si horum verborum præteritis in *ii* terminatis uſus fueris.



§. III.

De Præteritis geminantibus primam syllabam & amittentibus in compoſitis.

Cum geminat primam ſimplex, compoſta priorem Præteriti amittunt.

Verba geminantia primam ſyllabam in præterito, amittunt eam in compoſito, & quidem ſequentia:

Mordeo, ich beiſſe, momordi. Compoſita: Remordeo, ich beiſſe wider, remordi;

mordi; Amordeo, ich beisse ab, amordi.

Spondeo, ich verspreche, spopondi. Despondeo, ich verlobe, ich lasse den Muth fallen, despondi; Respondeo, ich antworte, respondi.

Tondeo, ich scheere, totondi. Attondeo, ich scheere ab, attondi.

Pendeo, ich hånge, pependi. Dependeo, ich hånge herunter, ich bin unterworfen, dependi; Propendeo, ich bin geneigt, propendi.

Pendo, ich wåge, ich achte, ich schåtze, pependi. Appendo, ich wåge ab, appendi; Rependo, ich vergelte, ich erstatte, rependi.

Tundo, ich stosse, tutudi. Contundo, ich zerstosse, zerreibe, stampfe, contudi; Retundo, ich stosse, halte zuruck, retudi.

Tendo, ich spanne, strecke, dehne aus, ziehe, tetendi. Attendo, ich gebe acht, attendi; Contendo. ich spanne alle Kråfften an, ich streite, zanke, contendi; Extendo, ich strecke, spanne aus, extendi; Intendo, ich meyne, intendi; Prætendo, ich fordere, prætendi.

Cado,

Cado, ich falle, cecidi. Accido, ich falle zu, accidi; Concido, ich falle zusammen, concidi; Excido, ich falle aus, excidi; Incido, ich falle ein, incidi; Procido, ich falle zu Füssen, procidi; Recido, ich falle wieder, recidi; Occido, ich gehe unter, occidi.

Cædo; ich schlage, streiche, cecidi. Occido, ich bringe um, ich erschlage, occidi; Præcido, ich schneide durch, præcidi.

Tango, ich rühre an, tetigi. Attingo, ich rühre an, attigi; Contingo, ich berühre, contigi.

Pello; ich jage, verstosse, pepuli. Appello, ich lände an, ich fahre ans Land, appuli; Compello, ich bezwinge, nöthige, compuli; Expello, ich jage heraus, ich vertreibe, expuli. Impello, ich treibe dazu, impuli; Repello, ich verjage, repuli.

Fallo, ich betrüge, fefelli. Refello, ich widerlege, refelli.

Curro, ich laufe, cucurri. Accurro, ich laufe herzu, accurri. Occurro, ich

 laufe

laufe entgegen, occurri. Plura tamen reperiuntur, quæ & integrum, & mutilatum admittunt præteritum, ut: Decurro, ich laufe ab, decurri, & decucurri; Excurro, ich laufe hinaus, excurri, & excucurri; Percurro, ich laufe durch etwas, ich durchlese ein Buch, percurri, & percucurri. Præcurro, ich laufe vor, præcurri, & usitatius præcucurri. Reliqua composita amittunt primam, ut Concurro, ich laufe zusammen, concurri; Discurro, ich laufe herum, ich halte ein Gespräch, discurri; Incurro, ich laufe ein, oder ich verfalle, incurri; Procurro, ich laufe vor, procurri; Recurro, ich laufe zuruk, oder ich nehme meine Zuflucht, recurri; Succurro, ich komme zu Hilf, succurri; Transcurro, ich laufe hinüber, transcurri.

Pungo, ich steche, habet in præterito pupugi, sed composita habent punxi, praeter repungo, servata significatione simplicis, etiam praeteritum integrum simplicis retinens, repupugi. Mutata significatione, sicut

ſicut reliqua omnia compoſita terminat praeteritum in punxi, ut: Compungo, ich zerknirſche, compunxi; Expungo, ich ſtreiche aus, oder ſtelle aus, expunxi; repunxi.

Compoſita ex Do tertiae conjugationis ſervant utramque ſyllabam præteriti *didi*,, ut Condo, is, ere, ich baue, ich ſtifte, condidi, conditum. Credo, ich glaube, credidi, creditum. Praeter Abſcondo, ich verberge, quod uſu praevalente abſcondi facit.

Compoſita ex Sto, tertiae conjugationis pariter utramque ſyllabam retinent *ſtiti*, ut aſto, vel adſto, adſtiti, vel aſtiti; conſto, conſtiti.

Compoſita ex Poſco, & Diſco, ſervant integrum praeteritum ſimplicis, ut Repoſco, ich begehre zuruck, repopoſci; Addisco, ich erlerne, addidici.

Ex verbis Pario, is, ere, Parco, is, ere, Pedo, is, ere, & ex inuſitato verbo Pago, is, ere, nulla generantur compoſita, hinc eorum præterita nullam patiuntur mutilationem.

Præteritis, quæcunque carent, ſpoliato ſupinis.

Ut Glisco, Vergo, Ferio, cum Poleo, Vado,

Ambigo cum Satago, Quæſo, quibus Hiſco, Fatiſco,

Et Furit, & Moeret, tum Aveo, tum Ringor & Ajo,

Et Veſcor, Liquor, Medeor, Reminiscor adauge.

Verba carentia praeteritis, etiam carent ſupinis. Et ſunt ſequentia: Gliſco, ich wachſe, ich nehme zu. Vergo, ich neige, ſinke, lenke.

Quidam huic verbo, & præteritum, & ſupinum tribuunt. Apud Diomedem enim leges *Verxi*, & apud Probum *Versi*, & apud recentiores quidam etiam ſupinum *versum*, admittunt. Tutisſimus ibis Alvarum ſequens.

Ferio,

Ferio, ich schlage. Polleo, ich vermag. Vado, ich gehe. Ambigo, ich treibe um, ich zweifle. Satago, ich bekümmere mich.

Aliquot legi Grammaticos, qui posterioribus duobus verbis favent præteritum, & posteriori etiam supinum, ambegi, sategi, satactum; ideo ego etiam utrique, ne ipsis injurius sim, inter composita ex ago, præteritum in *egi* terminatum habentia locum favi.

Quaeso, ich bitte. Hisco, ich thue den Mund auf zu reden. Fatisco, ich gehe von einander, ich werde matt. Furit (*nam prima positio Furo exolevit*) es wüthet. Moereo, ich bin traurig. Aveo, ich begehre, ich habe eine Begirde. Ringor, ich kirre mit den Zähnen, ich blecke die Zähne. Ajo, ich sage. *S. Augustinus in suis operibus secundam personam præteriti*, Aisti, *inseruit, quem sequi nè vereare.* Vescor, ich esse. Liquor, ich zergehe. Medeor, ich heile. Reminiscor, ich errinnere mich. His adde Batuo, ich schlage.

§. IV.

De Deponentibus Tertiæ, & Quartæ conjugationis.

Ex *or* finitis activam fingito Vocem.

Verborum Deponentium, atque Communium praeterita, & supina hoc modo investigantur: Finge primam Vocem activam, deinde redde ei praeteritum supinumque, prout postulant generales regulae, v.g. ex verbo Luctor, aris, ri, ich ringe, ich kämpfe, finge Lucto, as, are, unde fiet luctavi, luctatum, juxta regulam: *præteritum primæ facit avi atumque supinum.* Ex Fungor, ich verwalte, Fungo, unde funxi, functum, juxta regulam: *Dant xi, ctum, go,*

vel

vel quo &c. Ex Amplector, ich umfasse, ich umpfange, ich liebe, amplecto, amplexi, amplexum, juxta regulam: *Dant xi, xum plecto.* Ex Blandior, ich schmeichle, ich streichle, ich liebkose, blandio, blandivi, blanditum, juxta regulam: *ivi, itum, ut polio, fastidio quarta requirit.* Ita etiam verba largior, ich schenke, ich gebe reichlich; Mentior, ich lüge; Molior, ich habe etwas vor; Partior, ich theile; Potior, ich bekomme, ich genieße; Sortior, ich loose, ich werfe das Loos, ex ficto supino, in *itum*, juxta priorem regulam formant suum praeteritum, ut: largior, largitus; mentior, mentitus; molior, molitus; partior, partitus; potior, potitus; sortior, sortitus.

Hæc tamen excipies: Nanciscor, nactus habeto.

Excipiuntur quaedam & quidem: Nanciscor, ich erlange, habet in praeterito nactus sum.

Orſus ab ordiri deducitur: uſus ab
Utor.

Ordior, iris, iri, ich fange an, facit in
praeterito cum ſuo compoſito adordior, ich fange an, orſus ſum. Utor,
autem ich brauche, uſus ſum.

Dat Labor lapſus: Proficiſcor sume
profectus.

Labor, eris, i, ich falle, habet in praeterito lapſus ſum, & Proficiſcor, ich
reiſe, profectus ſum.

Metiri, menſus gignit: pactusque
Paciſcor.

Metior, iris, iri, ich meſſe, facit in praeterito menſus ſum; Paciſcor autem
ich mache einen Vertrag, pactus ſum.

Comque miniſcor amat commentum: Adipiſcor, adeptum.

Comminiſcor, ich erdichte, habet in praeterito commentus ſum. Adipiſcor, ich erlange, adeptus ſum.

Ultus ab Ulciſcor venit: Expergiſcor habebit,

Experrectus: at oblitum Obliviſcor adoptat.

Ulciſcor, ich räche, facit in praeterito ultus ſum. Expergiſcor, ich erwache, experrectus ſum. Obliviſcor, ich vergeſſe, oblitus ſum.

Fert *utus* Loquor, atque Sequor: Queror accipe queſtus.

Loquor, ich rede, habet in praeterito locutus ſum. Sequor, ich folge nach, ſecutus ſum. Queror, ich klage, queſtus ſum.

Dat Nitor, nisus, nixusque: Gradi accipe gressus.

Nitor, eris, i, ich bemühe, befleisse mich, facit in praeterito nisus sum, vel nixus sum. Gradior, eris, i, ich gehe, gressus sum.

Redde Fruor, fruitus: Morior tibi mortuus hæret.

Fruor, ich geniesse, facit in praeterito fruitus. Morior, ich sterbe, mortuus.


Nascor amat natus: tandem fert ortus Oriri.

Nascor, eris, i, ich werde gebohren, habet in præterito natus sum. Orior, iris, iri, ortus sum.

Dat

Dat Patior passum, quod confert
gaudia Cæli.

Patior, eris, i, ich leide, habet in præterito passum, cum duplici *s*. Perpetior autem habet perpessus.



SE-



SECTIO III.

de
Quarta Parte Orationis, ſeu
De PARTICIPIO.

Participium triplex eſt; temporis præſentis, ut fragrans, fragrantis, a fragro, ich gebe einen guten Geruch von mir; præteriti temporis, ut Genitus, a, um, a gigno, ich gebähre, bringe herfür, & præteritum futuri temporis.

Illud iterum eſt duplex paſſivum in *dus*, *da*, *dum*, ut habendus, a, dum, ab habeo, ich habe, & activum in *rus*, *ra*, *rum*,

ut inquisiturus, a, um, ab inquiro, ich suche nach, & lætaturus, a, um, a lætor, ich erfreue mich, ich bin lustig.

Hic solummodo agendum est, de participiis præteriti temporis, & futuri in *rus*, *ra*, *rum*; cum enim a supinis formentur, conveniens est, ut in eadem classe, in qua de supinis tractatur, etiam de derivatis ab iisdem tractetur.

Participium itaque præteriti temporis formatur a posteriore supino addita litera *s*, ut asso, as, are, ich brate, habet in supino *assatum*, *assatu*, addita litera *s*, fit *assatus*, *a*, *um*, gebraten. Hujusmodi participia tantum fiunt a verbis activis, gaudentibus posteriore supino; hinc verba deponentia, carentia posteriore supino, privantur participiis præteriti temporis, nisi sint communia, seu habentia significationem verbi activi, & passivi, ut metior, ich messe, quia etiam passivè exprimi potest, ich werde gemessen, admittunt participium præteriti temporis, *mensus*, *a*, *um*, & potest dici: *Geometræ universum terræ orbem mensi sunt*, vel *à Geometris universus orbis terræ mensus est.*

Econtra verba deponentia, carentia significatione

tione verbi passivi, sic exprimi non possunt, sicut enim recte dicitur: *Apostoli secuti sunt Christum*, sic erroneè diceretur: *ab Apostolis secutus est Christus.*

Participium futuri temporis in *rus* formatur a priore supino *m* mutando in *rus*, *ra*, *rum*, ut benedico, ich segne, in supino *benedictum*, in participio futuri temporis, *benedicturus*, *a*, *um*. Tale futurum formari potest a verbo activo, ut declino, ich meide, ich weiche ab, *declinatum*, *declinaturus*, *ra*, *rum*; a neutro, ut exeo, ich gehe aus, *exitum*, *exiturus*, *ra*, *rum*; a deponente, ut conqueror, ich beklage mich, *conquestum*, *conquesturus*, *a*, *um*.

Sunt tamen quædam participia, quæ originem suam non trahunt a suo supino, sed vel a supino generalis regulæ vel a supino priscis quondam usitato. Et quidem:

I. Ut verbis Alvari utar: Laurentius præcipit: Futurum in *rus*, verborum primæ conjugationis, quorum supinum in *itum*, sive *ctum* exit, fieri tanquam a supino in *atum*, ut cubaturus, domaturus,

maturus, crepaturus, ſecaturus. Horat. 1. Serm. Satyr. 4. *Magna ſonaturum des nominis hujus honorem.*

Cic. ad Attic. lib. 5. c. 9. *Quæ res forſitan refricatura vulnus meum.*

Columella lib. 5. c. 9. *Supra quem ramum ſecaturus es.*

Item nomina verbalia, ut Cubatio, das Liegen, Lager; Edomatio, Zähmung; Crepatio, Knall; Vetatio, Verbietung; Tonatio, Donnerknall; Sonatio, das Klingen, Klang; Fricatio, das Kratzen; Frictio, non raro reperitur. Sectio tamen das Schneiden crebrius uſurpatur, quam ſecatio.

II. Compoſita ex Plico, etiam iſta, quæ ſupinum finiunt in *atum* vel *itum*, Participium futuri temporis formant a ſupino in *atum*, ut *applicaturus*, *explicaturus*; *implicaturus*; *replicaturus*. Participia autem præteriti temporis formant ea, quæ finiunt ſupinum in *itum*, vel etiam in *atum*, & *itum*, ab utroque ſupino nempe in *atum* & *itum*, *ut applicatus*, vel *applicitus*; *complicatus*, vel *complicitus*; *explicatus*, vel *explicitus*; *replicatus* vel *replicitus &c.*

III.

III. Composita ex Sto finiunt supinum in *itum*, sed, ut vult Alvarus, crebrius in *atum*, consequenter etiam participium futuri temporis formandum esset a supino in *atum*, quia tamen etiam apud Ciceronem inveniuntur hujusmodi participia a supino in *itum* formata, teste Alvaro, quis prohibere poterit vel hoc, vel illo participio uti?

IV. Alo facit in supino *alitum* & *altum*. Participium *altus* sæpe numero invenies, ait Alvarus, *alitus* rarius. Val. Max. tamen, qui vixit ætate argentea circa finem Imperatoris Tiberii, sic scribit: *Quid tam inusitatum, tam inauditum, quam matrem uberibus natæ alitam esse?* Ergo & illud participium rejiciendum non est.

V. Dictum est verba excello, præcello carere supinis, nemo itaque judicet *excelsus*, & *præcelsus* esse participia, nomina enim sunt.

VI. Cum fallo etiam fuerit antiquitus quartæ conjugationis fallio, is, ire, authores circa participia variant, aliqui enim formant participium futuri temporis a supino verbi tertiæ conjugationis

tionis *Salſum*, ut Mumius citatus a Priſc: lib. 10. *Iſthæc ſum ſale multo ſalſurus.*

Alii e contra a ſupino quartæ conjugationis *ſalitum*, ut Cornelius Severus lib. 8. *Ad quem ſaliti pumiliones afferebantur.* Tu elige ſonantius.

VII. Pario, is, ere, duplici gaudet ſupino *partum*, vel *paritum*, pro formando tamen participio futuri temporis in *rus*, ſecundum tantum valet, ut *pariturus*, *a*, *um*. Scipio apud Numantiam: *Si quintum pareret mater ejus, aſinum fuiſſet paritura.* Pro formando autem participio præteriti temporis ſolum primum valet. Virg. Sex: Aeneid: *Alius Latio jam partus Achilles.*

VIII. Pinſo, is, ere, tribus abundat ſupinis; *piſtum*, *pinſum*, *pinſitum*. Divina nunc, a quo horum ſupinorum formanda ſint participia? Columellæ pro participio pæteriti temporis præplacuit ultimum, nempe *pinſitum*, cum dicit: *Pannicum pinſitum & evolutum furfure, &c.* De ſecundo nempe *pinsum*, nulla fit mentio. Tertium videlicet *piſtum* agnoſcunt tanquam genitorem omnia derivata, ut:

O Piſtor,

Piſtor, ein Becker; Piſtrix eine Beckerin, Piſtrinum das Backhaus, Piſtura, æ, das Backwerk, &c. quidni & participium præteriti temporis piſtus, a, um? Plin. Lib: 28. c. 10. *Si piſtæ ſerantur?* ſequere uſitatius.

IX. Compoſita ex *ruo*, ut eruo, ich grabe aus, ich ergründe, diruo, ich zerſtöhre, ſubruo ich untergrabe, finiunt ſupinum in *utum*, ut erutum, dirutum, ſubrutum, & ab hoc formant participium præteriti temporis *erutus*, *dirutus*, *ſubrutus.* Participium autem futuri temporis formant a ſupino verbi ſimplicis *ruitum*, unde *eruiturus*, *diruiturus*, *ſubruiturus.*

X. Ignoſco, habet in ſupino ignotum, & ab hoc format ſuum participium præteriti temporis *ignotus*, *a*, *um*, & etiam participium futuri temporis in *rus*, *ignoturus*, *a*, *um*, nec tamen *ignoſciturus*, rejiciendum eſt.


XI. **Naſcor amat natus, Morior ſibi mortuus optat.**

Iraſcor

Iraſcor fert iratus, facit Ortus oriri.

Aſt horum quatuor per *iturus* flecte futurum.

Naſcor quidem habet participium præteriti temporis *natus*, *a*, *um*, futuri temporis autem *naſciturus*, *a*, *um*. Ita Morior habet *mortuus*, *a*, *um*, in furo autem *moriturus*, *a*, *um*. Iraſcor pariter habet *iratus*, *a*, *um*, futurum vero *iraſciturus*, *a*, *um*. Sic Orior habet *ortus*, *a*, *um*, & in futuro *oriturus*, *a*, *um*.



APPENDIX DE ORTHOGRAPHIA.

Orthographia eſt ars orta ex regulis bene, ſeu correctè ſcribendi. Ad correctè, & orthographicè ſcribendum requiritur debita literarum, earumque valoris, & expresſionis notitia, quam in principiis majori ex parte acquiſiviſti ; hinc ſolummodo hic apponenda ſunt, quæ ibidem deſiderantur ; & quidem literas alias eſſe mutas, ut: b, c, d, g, p, q, t; alias ſemivocales, f, l, m, n, r, s, x, z. Vocantur mutæ, quòd in pronuntiatione clauſum os, quaſi mutum aperiatur ; ſemivocales autem, quod in pronuntiatione apertum os claudatur, vel etiam, quia ſicut vocales, aperto ore pronuntiantur.

Semivocales dividuntur in liquidas, & duplices. Liquidæ ſunt quatuor, l, m, n, r; duplices ſunt x, z. Litera s eſt ſui juris, quia nec liquida eſt, nec duplex. His pænotatis progredimur ad regulas.

Re-

Regula I. Literæ, ut notum eſt, duplices ſunt: majusculæ, & minores. Majusculis utimur in nominibus propriis Virorum, ut Antonius, Bernardus; Mulierum, ut Catharina, Dorothea; Regionum, ut Europa, Francia; Urbium, ut Genua, Herbipolis, Würzburg; Artium, ut Ichnographia, die Kunſt einen Grundriß aufzuſetzen, Logica; Officiorum, ut Medicus, Nauclerus, Schiffpatron; Dignitatum, ut Papa, Imperator, Rex, Princeps, Episcopus, Abbas, Conſul &c. Feſtorum, ut Paſcha, Pentecoſte; in vocabulis technicis, ut Genus, Species, Apocope, Syncope; in initio periodi, & cujuslibet verſus, ſeu carminis. Etiam numeri romani majusculis ſcribuntur, ut M, D, C, L, X, V, I.

Regula II. Litera s minuſcula duplex eſt: longa ſ, & brevis s. In initio, vel in medio vocabuli alterutro uti licet, ut forſan, vel forsan; in fine autem tantum brevi, ut

ſerpens, non ſerpenſ. Quando autem in medio duo ſ conveniunt, trifariam ſcribi poſsunt, ut Doctiſsimus vel Doctiſſimus, vel Doctisſimus. Ultimum modum Recentiores præferunt primis duobus, quod ratione nitatur; primum enim s finit ſyllabam, ideo breve eſt, alterum autem ſyllabam inchoat, ideo longum, ut sit, oportet.

Regula III. Si conſonans ſtet inter duas vocales, ſemper cum poſteriore jungenda eſt, ut a-mo, ſe-ru-la, Do-mi-nus.

Regula IV. Plures conſonantes in medio vocabuli convenientes, non debent in diviſione ſeparari, si reperiatur in latinitate aliquod vocabulum ab hiſce conſonantibus incipiens. Hujusmodi conſonantes sunt bd, ct, gn, mn, phth, ps, ts, sc, sm, sp, sq, ſt. Sic v.g. ſcribi debet a-bdo-men, do-ctus, i-gnis, o-mnis, di-phthon-gus, i-pse, a-ptus, pi-scis, E-ra-smus, nu-squam, pi-ſtor, quia inveniuntur nomina a ſimilibus conſonantibus

inci-

incipientia, ut bdellium, Ctesipho, gnarus, Mnemosyne, phthisis, Psalmus, ptiſana, Grieß, Graupen, ſcio, ſmegma, Seiffe, ſpiro, ſqualor, ſtruo. Ità Grammatici. Huic regulæ refragatur Scaliger lib. de cauſis. L. L. c. 4. ità diſſerens. *Quemadmodum loquimur, ità ſcribere debemus. Scribendum itaque ab-do-men, ig-nis, om-nis, pis-cis, noſ-ter, ap-tus, &c. Cùm communis loquendi modus planè reprobet hanc pronuntiationem o-mnis, o-pto, i-gnis, &c. Nam neque ſufficiens ratio eſt, literas, quæ ab initio conjungi poſſunt, eas etiam in medio copulandas: partim, cùm pleraque, quorum initiales sunt, bd, pt, mn, sm, ſint peregrina: partim cùm pronuntiatio sit planè inepta & ridicula, E-ra-smus, &c.* Audio Scaligerum, ut quemadmodum loquimur, ità ſcribamus.

Regula V. Quando in vocabulo occurrunt duæ conſonantes ſimiles, vel diverſæ, una conſonans jungitur priori, altera poſteriori vocali, ut Ab-bas, paſ-sus, | cir-

cum, di-ver-sus. Si tamen poſt mutam ſequatur liquida, conjungenda eſt muta liquidæ, ut A-bra-ham, per-pe-tro, ma-tris.

Regula VI. In compoſitis quælibet pars in diviſione ſeparatim ponitur, ut ab-igo, ad-imo, co-hibeo, re-ſtringo, nunquam primæ partis compoſiti litera conjungitur parti ſecundæ. Erroneè ſcribitur a-duro, a-beſse; nec etiam pars prima aſſumit literam partis ſecundæ, sic a-do-pto, erroneum eſt.

Regula VII. Derivata scribuntur, ùt primitiva, ita gratia scribitur per *t*, quia gratus, a quo derivatur per *t* scribitur. Audacia scribitur per *c*, quia audax, audacis, a quo derivatur per *c* scribitur.

De Accentibus.

Accentus triplex eſt : accentus gravis `, accentus acutus ´, & accentus circumflexus ^.

Accentu gravi utimur, ad diſtingvenda adverbia, conjunctiones, & propoſitiones, privatas suis caſibus, & in adverbia migrantes, quando

quando cum nominibus conveniunt, ut *malè*, *pejùs*, *pessimè*, *quàm*, *hìc*, *quòd*, *cùm*, *antè*, *pòst*, *infrà*, *suprà*, &c.

Accentu acuto utimur, quando particulæ encliticæ, que, ve, ne, conjunguntur aliis vocabulis, ût *Alliciunt somnum, tempus, motúsque merúmque. Justitiáne priùs, miror, bellíve laborum.* Virg.

Accentu circumflexo utimur, 1mo Ad distinguendum Genitivum quartæ declinationis â Nominativo, *Sensus, sensûs.* 2do. Ad distinguendum Ablativum primæ à Nominativo & secundæ declinationis à Dativo, ut *Musa, Musà ; Domino, Dominô.* 3tio. Ad cognoscendum Genitivum pluralem per Syncopen appositum ût *Dominûm*, pro *Dominorum ; Navigantûm*, pro *navigantium.* 4to. Apud Poëtas duæ syllabæ per Episynalephen in unam contractæ accentu circumflexo signantur, ut *Denariîs tribus invitos: Mart.* 5to. Apud eosdem, si per Apocopen fini dictionis aliquid detrahitur, ût *Pauperis, & Tugurî, conjectum cespite culmen.* Virg. 6to. Quando per Syncopen in medio dictionis aliquid aufertur, ut *amâssem*, pro *amavissem.* 7mo. Ad distinguendam secundam personam tertiæ conjugationis, futuri temporis, indicativi modi, passivæ vocis, à secunda persona temporis præsentis, ejusdem modi, & vocis, ût *legêris*, à *legeris.* Item ad distinguendam tertiam personam pluralis numeri

numeri præteriti perfecti indicativi modi *legê-re* ab infinitivo activo, vel imperativo passivo *legere.*

Recentiores ſequentes Scaligerum omnes accentus rejiciunt, aſſerentes, ex ſenſu ſermonis ſinè accentibus sufficienter dignosci poſse adverbium, conjunctionem, præpoſitionem, à nomine, vel pronomine. Ego mediâ viâ incedens, nec omnes accentus scrupulosè apponendos, nec etiam totaliter rejiciendos eſse cenſeo, oportet enim retinere remedium ad tollendam amphibologiam. Diſcipuli tamen adigantur ad ponendos omnes ſimpliciter accentus, nè asſuescant tralatitiè, & absque attentione ſcribere; & ut notitiam acquirant, cui vocabulo, & qualis accentus apponendus sit.

De Diſtinctionibus.

Diſtinctionum notæ ſunt: Comma, Colon: Semicolon; Punctum. Parenthesis (-) Signum interrogationis? Signum exclamationis!

Comma eſt virgula vel recta, vel curva, cujus usus eſt in ſeparandis, vel Nominibus; ut: *Hæc tria plurimum æſtimantur: Vetus amicus.*

cus, *vetus pecunia*, *& vetus vinum.* Verbis; ut: *Veni*, *vidi*, *vici.* Vel Adverbiis; ut: *Serius aut citius*, *metam properamus ad unam.* Vel in brevioribus ſententiis; ût: *Me mea delectant*, *te tua*, *quemque ſua.* Vel ut ad tollendam ambiguitatem duæ voces sejungantur ût: *Volo*, *mundare.*

Colon, seu Duo puncta: Hujus uſus eſt, quando ſtructura vocum perfectam quidem ſententiam facit, ſed adhuc pendentem, velut cùm partes ſententiæ ſunt duæ, quarum utraque ſuo ſuſtineatur verbo; sic finis primæ partis sejungitur duobus punctis ab initio ſecundæ partis. Vel etiam, quando verba alterius allegantur, ponitur Colon poſt iſta, vel hujusmodi verba: *Dixit*, *inquit*, *ait*, vel *dicens*, *aſſerens*, *&c.* ût Quintus Fabius, *Salinatori*, *qui amiſſô oppidô fugerat in arcem*, *glorianti*, *atque dicenti*: *Meâ operâ Quinte Fabi Tarentum recepiſti*: *certè inquit ridens*: *nam nisi tu amisiſses*, *ego nunquam recepiſſem.* Vel, *Quatuor reperio cauſas*, *cur ſenectus miſera videatur. Unam*: *quòd à rebus gerendis avocet; alteram*: *quòd corpus faciat infirmum*; *tertiam*: *quòd privet omnibus ferè voluptatibus*; *quartam*: *quòd haud procul abſit à morte.*

Semicolon, ſeu Media nota; Ejus uſus eſt in notatione partium contrariarum, vel ſententiarum ità variantium: ùt nimium vide-

atur,

atur, si ponatur Colon; & parum, si ponatur Comma, ùt: *Quo in genere imprimis est Senectus; quam, ut adipiscantur, omnes optant; eandem accusant adepti.*

Punctum. seipsum definit. Ponitur in fine periodi, & denotat sententiam esse absolutam, ùt *Habenda ratio valetudinis; utendum exercitationibus modicis; tantum cibi, & potionis adhibendum, ut reficiantur vires, non opprimantur.*

Parenthesis ( ) Hac utimur in includendis sententiis, quæ nec a præcedente, nec sequente verbo reguntur; sed abesse possunt salvâ sententiâ, ùt: *Sic illa senilis stultitia (quæ deliratio appellari solet) senum levium est; non omnium.*

Signum interrogationis ? ponitur post quamvis interrogationem, ùt: *Quo diversus abis? Quid hic stamus? cur non imus hinc?*

Signum exclamationis ! ponitur post quamvis exclamationem, ùt *O mirum calliditate virum! O præclarum custodem ovium! ùt ajunt, lupum.*

De

De Numeris Romanis.

Romani numeros per literas expresſerunt, quarum ſeptem asſumpſerunt, & quidem:

I. ad ſignificandam unitatem - - 1.
V. ad ſignificandam quintam - - 5.
X. ad ſignificandam decadem - - 10.
L. ad ſignificandum quinquaginta - 50.
C. ad ſignificandum centum - - 100.
D. ad ſignificanda quingenta - - 500.
M. ad ſignificandum mille - - - 1000.

Si I ponatur ante V, vel ante X, vel ante C, ſic V, X, C, valent unâ minus, ùt IV, 4. IX, 9. IIX, 8. IC, 99.

Si X ponatur ante L, vel C, ſic L, & C valent una decade minus, ût XL, 40. XC 90.

Si C ponatur ante D, sic D una centuria minus valet, ùt CD 400.

I. II. III. IV. V. VI. VII. VIII. IX. X. XI.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11.
XII. XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII.
12. 13. 14. 15. 16. 17. 18.
XIX.

XIX.	XX.	XXX.	XL.	L.	LX.	LXX.	LXXX.
19.	20.	30.	40.	50.	60.	70.	80.
XC.	C.	D.	DL.	DC.	DCC.	M.	
90.	100.	500.	550.	600.	700.	1000.	
IIM.	IVM.	XM.	CM.				
2000.	4000.	10000.	100000.				

Si taliter notatos inveneris numeros: tantum valorem habebunt:

IↃ.	CIↃ.	IↃↃ.	CCIↃↃ.
500.	1000.	5000.	10000.
IↃↃↃ.	CCCIↃↃↃ.		
50000.	100000.		



Ora-

Errata — Corrige.

Pag.	linea	Errata	Corrige
4.	16.	in gratitudine	in ingratitudine
8.	24.	Marcellum	Macellum
11.	3.	Cere, vel Ceremoniæ	Cere, vel Cerimoniæ
12.	3.	Quisquitiæ	Quisquiliæ
12.	16.	Thermæ Warmbrunn	Thermæ Warmbad
14.	10.	Extra	Exta
18.	25.	Elesiæ	Etesiæ
19.	12.	Coctes	Cocles
24.	11.	Navigalium	navigabilium
28.	18.	Meerthau	Meelthau
29.	2. & 5.	Toreoma	Torevma
41.	16.	As asis	As assis
41.	17.	generis fœminini	generis masculini
47.	4.	Monoceros, ris	Monoceros, tis.
53.	2.	*post vocabulum* das Alter *addendum est*:	sunt generis fœminini
57.	11.	Trutex	Frutex
57.	13.	*post vocabulum* Haußgeräth *addendum*:	sunt generis fœminini.
72.	penultima.	Æneam	Ænean
117.		Ast in expungitur Præteritis atque supinis	Ast in Præteritis expungitur atque supinis.
122.	8.	multa	multo
129.	1.	Terseó	Tergeo.
166.	1.	*omissum est*	salsum.
176.	16.	infero	insero.
188.	4.	*post sepivi*	vel sepsi.
189.		resarsum	resartum.
217.	14.	Musà	Musâ.




01181







